

cincta breuitate complectens.

CVI SVBIVNGITVR

Isagoge, ad ple-
NIOREM COGNI-
tionē vniuersæ Religionis Catholicæ.

Omibus ad sacros Ordines, & Ecclesia-
stica ministeria prouectis, & proue-
hendis apprime necessaria.

Per Ioannem Gropperum, D. Præ-
positum Bonnensem, & Archi-
diaconum in Ecclesia Cos-
loniensi.

Ex liberali donatione Nobilis Viri Jo-
hannis Lyndeman. me habet Honol-

Colonix excudebat Iaspar Gennepæus.

Cum Gratia & Priuilegio Cæs. Ma.

Anno Iesu Christi M. D. L.

Fam Birgiblanoy Comento in Kaldoni

1627

Reuerendissi-

MO IN CHRISTO
PATRI, ET ILLUSTRIS-
simo Principi ac Domino, Domino A/
dolpho, Sanctæ Coloniens̄is Ecclesiæ Ar-
chiepiscopo, Sacri Romani Imperij per
Italiam Archicancellario, Principi Ele-
ctori, Vuestphaliæ & Angariæ Duci,
Apostolicæq; Sedis Legato nato &c.
Ioannes Gropperus, suus humi-
lis Diaconus S. D. P.



*Quando saepe mecum
animo reputavi Reue-
rendissime in Christo
Pater, & Illustrissio-
me Princeps, quã calo-
lidis & astutis cõsilijs
nostræ tẽpestatis hæretici, suã pestife-
ram doctrinã, non per inclytam modo
Germaniam, sed & per omnes undis
a i que*

EPISTOLA

que occidui nostri orbis nationes, quot
 quot adhuc Christum agnoscunt, longē
 ge lateq; spargere, & summa vi pro
 uehere conati sint: non potui profecto
 non indolere Catholica Ecclesia ui
 cem: cui licet haecenus non defuerint
 permulti egregij propugnatores, &
 præclari iudices, sanæ & Orthodo
 xæ doctrinae & Religionis auitæ,
 haud tamen adeo multi reperiantur, q
 pari diligentia & annisu, quo illi ris
 zania sua superseminare tritico Dos
 minico studuerunt, euellere e diuerso
 ea, & extirpare contenderunt, & mor
 bû tam grauem, iam heu nimis alte ra
 dicatum, eadem qua inuectus, confir
 matus, & propagatus est uia, reme
 dijs opportunis, hoc est, ex diametro
 contrarijs, atq; ad medendum omni ex
 parte efficacibus (quod periti medici
 facere solent) penitus eijcere & depel
 lere

DEDICATORIA.

lere, sategerint. Etenim illi pleni omni dolo, & omni fallacia, filij diaboli, & inimici omnis iustitiæ, ut subuerterent uias Domini rectas, duabus potissimum in rebus plurimū operæ posuerunt. Primum, ut cōpositis pro pessimo suo ingenio uenenatis Catechismis tam Latinis q̄ Germanicis, in uarias subinde formas trāsformatis (quibus suæ puerilitatis uirus sub diuinæ scripturæ rectorio p̄ sua libidine, ad suos sensus detortæ infarserunt) non modo flexilem & prauū docilem iuuetutem, scelerate corrumperent: sed & rudiorē rem plebem, nouitatis studiosam, & ad deteriora semp̄ p̄cliuē, suis istis Cyrcæis poculis dementarent. Rati nimirum, eiusmodi ratione se non præsens modo seculū, sed & omnem olim secuturam posteritatem (cuius seminarium ipsa iuuentus est) lucrifaciū

Hæreticorum scelerata calliditas.

Acto. 13.

Hæretic. catechismi.

EPISTOLA

ros, & hac infœlici foetura sui Antichristiani nominis perpetuam memoriam post se relicturos esse. Deinde non minori diligentia, & id sibi curandū illi putarūt, nēpe, ut corrupta iā p̄ eos iuuetute, & dementata plebe, nullibi deessent, uel cacodididicali, uel pseudo logi ecclesiastæ, qui sic male iacta & late sparsa semina, assidua irrigatiōe aquæ suæ cœnosæ porro excolerēt, & quod in ipsis esset summo conatu contēnue prouerberent: quibus quoq; ut idonea, & multiplex ad tam perniciosam mali propagationem materia semper abunde suppeteret, post suos illos Catechismos, ad communes locos conscribendos animum appulerunt: In quos errorum suorū capita, mirabili uerborum lenocinio, & scripturarum male detortarum teclorio picturata, methodica ratione conferrent, ut haberent

semper

Hæreticorum loci
coēs.

DEDICATORIA.

semper illorum affectu, totius hærese
 os summam in cōspectu, eamq; ordine
 digestam memoriæ facilius commens
 darent, ac semel cōmendatam arctius
 & firmiter retinerent. Nec contenti
 locos eiusmodi contractiores edidisse,
 sermones præterea ad populum fusi
 mos, quos uocabulo, uulgo non ignoto,
 Postillas inscripserunt, suæ prauitas
 te doctrinæ fermentatas totas, & (q̄
 in eis quam maxime conspicua est)
 horribili & plane diabolica in Eccle
 siam Romanam, totumq; Ecclesiasti
 cum ordinem maledicentia undiq; sca
 tentes & exuberantes, cumulatim orbis
 protruserunt, lingua magis Germani
 ca quã Latina conscriptas, nempe, ut
 his non modo suos Ecclesiasticos ad ma
 ledicendum q̄ instructissimos redderent,
 sed & promiscuæ plebi (quæ tamē le
 gere tātum didicisset) copiosissimam

Hæreti
 corū Po
 stillæ.

EPISTOLA

Harreticorum
Agēda.

De voce
Agenda
vide cō-
ciliū Car
tha. 2. c. 9

Sylvam alendæ semel imbibitæ impietatis, & concepti olim ody in statum Ecclesiasticum enutriendi & inflammandi suppeditarēt. Et ne quid in Ecclesia incontaminatum & incōuulsum relinquerēt, Sacramentorum quoq; (q̄ & duorum tātum numero incluserūt, reliquis apud suas plebes cæca & præcipiti audacia abrogatis, & e medio sublati) suo, hoc est, schismatico more administrandorum formulas cōsarcinarunt, quas imitatione quidem Ecclesiæ, Agēdas nuncuparūt. Verum ab his quarū in ipsa Ecclesia uetustissimus usus est admodum diuersas, quibus hoc nimirum ab eis quæsitum est, quo uidelicet, omnes pariter Ecclesiasticos ritus simul cū doctrina Catholica abolerent & cōculcarent. Deniq; oīa hæc quæ in tot & tam perniciosos usus, non uulgari certe, sed pessime col-

locata

DEDICATORIA.

locata diligentia composuerunt, quas
qua uersum spargere & prouulgare
studuerunt.

Nec obscurum est quod mirabili uasfr
cie in his omnibus usi sint, ad commens
dandum orbi, suas quas fecissent fabu
las. In Catechismis enim perpetuo fe
re ductu Dominum ipsum (quis sapien
sime, non suis, sed ipsorum uerbis lo
quentem) faciunt, ut innocens ipsa iuuen
tus & rudis plebecula, impia ipsorum
dogmata, non ut Hæreticorum com
menta, sed ut diuina prorsus oracula
suspiciat, ac quadam cum religione a
nimis imbibat ac recodet. In locis ue
ro communibus & suis illis quas dixi
mus Postillis, & Agendis, nihil aliud
fere agunt, quam ut speciosis uerborum pha
leris & inuolucris, diuinas scripturas
umaligne depræent, uolenterque deflex
tant, & ad suas impietates stabilien

qua fraus
de hereti
ci sua com
mendat.

EPISTOLA

das detorqueant, in ueteres uero S. pa-
 tres, optimos sane (utpote a spiritu
 sancto edoctos) scripturæ interpretes,
 (quos ipsi magno cū supcilio, ubi eorū
 fœdissimis erroribus aduersantur, cō-
 temnunt) stupenda insolentia, & nō fe-
 renda procacitate debaccbētur. Utq;
 cæremonias Ecclesiasticas, quæ reli-
 gionis nostræ pulcherrima Symbola
 sunt, & ueræ pietatis stimuli, summa
 cū impudentia irrideāt, pphanent, abs-
 oleant, atq; etiā suis sathanicis male-
 dictis insectentur. Deniq; ut disciplina
 nā Ecclesiasticam, q̄ sola retinaculū
 fidei est & magistra uirtutis, suis scō-
 matis & ladorijs pscindant, euertant
 & oibus odibilem reddant. Quæ pfes-
 eto oīa cum animis hoīm per imprudē-
 tiam admissa, sensim illabuntur, qd al-
 liud parere possunt, q̄ ut ex pffessis ses-
 mel Religionem Catholicam, Catho-

DEDICATORIA.

licæ religionis perfidi desertores & hostes teterrimi prodeant & euadant? Huic igitur pesti, mea quidem sententia, non aliter quàm diuersa prorsus uia occurrendum erat. ea nimirum: Initio ut Orthodoxorum opera ac diligentia ubiq; extarent, Rudimenta & Institutiones Catholicæ, ad pueritiam & plebeculam erudiendam accommodatæ: Deinde etiam Loci communes orthodoxæ doctrinæ, & Sermonũ ad populũ formæ, diebus Dominicis & Festis per totum anni circulũ peculiariter dicatæ, ac præterea Agenda ad ueteris Ecclesiæ puritatẽ reuocata, cũ traditionũ & cæremoniarum, quas in administratiõ. Sacramentorũ, & exhibitioẽ reliq; diuini cultus p̄ orbem tota die (ut uerbis August. utar, Catholica frequẽtat Ecclesiã) breuit & succineta explicatiõ. ac postremo

Inuictæ hæreses contrarijs remedijs expugnandæ.

August. epist. 117 ad Ianu. disciplinarium

EPISTOLA

disciplina Ecclesiastica, quæ doctrinæ & cœremoniarũ retinaculum est, exercendæ ratio.

Quibus
verbis
Catholi-
cis uten-
dum.

Extarent autem hæc omnia nõ quali-
liacũq; , sed cum illorũ Catechismis,
Locis, Postillis & Agēdis, quod ad
errores attinet ex diametro cõpugnan-
tia, & nõ ex uerbis qualibuscunq; : Sed
excerptis ex ipsa sacra scriptura (se-
cundum eam, quam Ecclesia recepit
uersionem) & ueterum sanctorum Pa-
trum (qui Ecclesiam Catholicam cũ
doctrinis suis pijsissimis, tum uita sano-
tissima, illustrarunt) commētarijs &
sententijs contexta & concinnata.

Nobis enim ut D. August. lib. 8. de
ciuitate Dei relictissime affirmat, nõ
quibuslibet uerbis, sed ad certam re-
gulam loqui fas est. Nam liberis uer-
bis (inquit) loquuntur Philosophi: sed
inde miserabilius quo liberius errant,

quod

DEDICATORIA.

quod Hæreticis quidem quo sunt phi-
 losophis nocentiores, grauiori cū præ-
 cipitio usu uenit. Certe si tales exta-
 rent libelli, doceretur haud magno cū
 negotio, & innocens iuuentus, & plebs
 simplicior, uerbis quidem non humani-
 tus inuentis, sed diuino instinctu prodi-
 tis, & ab Ecclesia olim receptis, non
 prima modo Elementa religionis res
 esse percipere, sed etiam aconyta mel-
 le nouæ & picturata phraseos prælia-
 ta, probe agnoscere & euitare. Didas-
 cali uero & Parochi Catholici, eius-
 modi libellorū subsidio adiuti, opera
 itidem admodum facili perdiscerent,
 tam pueris suis scholasticis quæ plebibus
 sanam doctrinam cōtradere, & simul
 eos qui contradicunt constanter redar-
 guere, uoces nimirum non suas, seu hu-
 manas, sed diuinas tonantes, quæ duris-
 simas etiā quasque petras cōterere satis
 poten-

Tit. 16

DEDICATORIA.

tis, ꝑ imbuendis religiōe puerorū anis Catholi-
mis, eaq; simplicissima, ꝑbus ad qualē ca Insti-
cunq; cognitiōem ꝓ intellectu Symbo tutio par-
li apostolici, Orōis dominicæ, Saluta uulis,
tiōis angelicæ, X. præceptorū Dei,
ꝓ 7. Sacramentorū Ecclesiæ Catho
licæ sensim ꝑueberentur. Præter eius Catholi-
modi Catechismos, extabāt etiā Loci loci coēs.
coēs, in ꝑbus tradebātur summæ rerū,
quas quemq; Christianū, scire ac ꝑnos
scere opæpretium fuerit. Idq; ordine
quodā ꝓratiōe distributæ, ꝓ ex tam
multiplici copia in methodū quandam
cōtractæ. Et cū nullius nō referat cog
noscere quō sit colendus Deus, nec
gloriarī tantū de inani fidei noīe, sed
ea tenere potius, a ꝑbus quasi sensibile
aliqđ ueræ fidei expimentū in animis
piorū sumitur: q̄ si, ut D. Petrus ait, 2. Petri 1,
adsint ꝓ exuberēt, haud otiosos ꝓ uis
tuos, nec sine fructu cōstituant in Do-
mini

EPISTOLA

Esaï. 59. *mini nostri Iesu Christi cognitione. Quumq; nō minus etiā cuiusq; intersit p̄clōrum fontes & genera nosse (q̄ sola separant a Deo) qđ nemo morbo nisi probe cognito recte medeatur, nec facile morborum causæ uitentur, ab imprudentibus, incautis, & ignavis.*

Bipartita locorum cōm traditio. De virtutibus euangelicis. 3. Theologicę. 4. Cardinales.

Bipartita igitur olim erat locorum cōm traditio: In priorī siquidem parte hi potissimū loci tradebantur. Primū uniuersam scripturā & Christi Dñi salutiferā doctrinā, circa 3. mō diuinas uirtutes, Fidē, Spē, & Charitatē uersari, quibus solis nō qđem p̄ se singulis, sed cōiūctis rite colatur Deus. deinde 4. esse uirtutes Cardinales, q̄ & Officiales uocantur, a quibus oīa uitæ cōis officia, quemq; secundum uocationem suā, cum erga se, tum erga proximum ducere oporteat, q̄ sunt, Prudētia, Iustitia, Fortitudo & Temperantia:

DEDICATORIA.

Non quidem quales olim Ethnici superba præsumptione & elato supercilio sibi arrogabant magis quàm præstabant: sed quales Deus subministrae suis, quos nõ carnali, sed spiritali Prudentia deducit per vias rectas, ut unicuiquẽ tribuere quod suũ est, & pro Iustitia fortiter, ad mortẽ usquẽ, decertare, totamquẽ uitam temperanter & sobrie in perpetua animi uigilia traducere sciant. Et quoniam nequẽ Theologica illa, nequẽ Officialia ista uirtutes, sine energia spiritus expediuntur in nobis, ad genuinam suam operationem præstandam, nisi speciali Spiritus sancti, in nobis habitantis, agitatione ac ductu, rectissimo sane ordine doceatur, quænam essent septem illa septiformis Spiritus dona, quibus memoratae uirtutes in exercitiũ & opus producta, in nobis elucescerent.

Sapient. 10

Septẽ dona Spūs.

EPISTOLA

Octo be
atitudi-
nes.

Quibus tum subiungebatur doctrina
de octo Beatitudinibus. quod has Spi-
ritus sanctus, cum uirtutes illas opere
& ueritate in nobis clarescere facit,
efficiat. Posthac tradebatur, tria po-
tissimum esse opera quibus spiritaliter
litetur & placeatur Deo, & animo-
rum sordes expientur: nempe Ieiuniū,
Eleemosynā & Orationem.

Tria opa
expiato-
ria.

Opa mi-
sericor-
diae spiri-
talis &
corporea
lis.

Eleemosyna rursus secabatur in
Spiritualem & Corporalem: & utra-
que septuplex esse tradebatur.

Consilia
euangeli-
ca.

Matt. 19

Inde itum est ad Consilia Euangeli-
ca: & admonebantur pueri, ut qui cas-
perent, perpetuā uirginitatem Chri-
sto uouerent, & relicto penitus mun-
do, nudū Christū nudi, abnegata peni-
tus propria uoluntate, sequerentur.
His locis prior doctrinae pars contin-
nebatur.

In altera docebatur quid esset pecca-
tum,

DEDICATORIA.

rum: quod protinus in Originale & Peccorū
distictio
 Actuale diuidebatur. Actuale rur
 sus in peccatū cōmissiōis & omisso
 nis: & utrunq; rursus duplex esse phis
 bebatur, Mortale & Veniale. Pone
 batur inde ob oculos prima omnis pec
 cati actualis origo & radix: triplex Triplex
origo
pēti ac
tualis.
 nimirū cōcupiscētia. huiusq; triplicis
 radicis septem insup quasi scaturigis
 nes & fōtes pētorū omniū. & e cōtra
 rio septē his ex diametro oppositæ uir
 tutes, qbus i formatas & istructos nos
 ad exiccādos hosce fōtes pestiferos, es
 se oporteat. Et quoniā natura cōpara
 tū est, q̄rere excusatiōes in pēlīs, & ne
 minē uelle alicuius pēti reū pagi, nisi
 qd̄ ipse sua manu, ac tam manifesto fa
 cinore, quod nulla tergiuersatiōe cela
 ri queat, designasset: prudēter sane &
 modi illi qbus pēlīs cōicatur alienis,
 in nouenarium numerum sunt digesti,

septē pec
cata Ca
pitalia.

Septē uir
tutes his
oppositæ.

septē pec
cata quæ
aliena
uocantur.

EPISTOLA

ut his ob oculos positis, omnis malorum
 retegeretur hypocrisis, & de se præ-
Mat. 23 sumentium hominum, qui sibi, ut phari-
 sæi solebant, mundiciam & innocen-
 tiam superbe arrogant, interior im-
 mundicia, per uiuum & efficacẽ Dei
Hebr. 4. sermonem, omni gladio ancipiti pene-
 trantiores, & usq; ad diuisionem ani-
 mæ & spūs, cõpagũ quoq; & medulla-
 rũ, & ad discretionẽ cogitationũ &
 intentionum cordis ptingentem, coar-
Peccata gueretur. Nec interim factũ est nullũ
alia peccatorum discrimen: sed grauiora
alijs gra- uiora. quæq; crimina proprijs etiã nomencla-
 turis designata sunt, ut ab eis eo dili-
 gentius, quo fuisset eorũ grauitas pe-
 nitius cognita, caueretur. Numeras
Quatuor tæ igitur sunt quatuor peccatorum
clamã- tia in cœ- lum. plus q̃ letbalium species, quæ a diuisi-
 næ uindicte certitudine, quã expectant,
 peccata in cœlũ clamantia uocantur:

DEDICATORIA.

Et septem eorū quæ in Spiritū sanctū
 irremissibiliter cōmittuntur: ut quæ
 uel omnino nō remittātur, uel (ut a Pa
 tribus hoc in Spiritū sanctū irremissi
 bile crimen interdum accipitur) q̄; dif
 ficillime expientur. Deniq; quiddam
 etiam de quinque sensibus ex scripturis
 addi uisum est, ut dum docetur q̄; faci
 lem isti lubricitate sua in hominū cor
 da introitū peccatis exhibeant, ac se
 quasi fenestras quasdā, per quas præ
 dator in animā illabatur, præbeant,
 intelligeret quisq; hos quinque sensus om
 ni custodia seruandos, muniendos, et
 timore Dei configendos, iudiciorūq;
 Domini iugi meditatione conspiciendos
 esse, ne hosti pateāt, eos perpetuis
 insidijs infestanti, et perpetua obsidi
 one circunvallanti. Sine his sane dos
 Arinae partibus duabus, quarū prior
 de uirtutibus est, posterior de uicijs,

Septē in
Sp̄m san
ctum.

Quinq;
Sensus.

Psal. 118

Psal. 1

1. Petri 5.

EPISTOLA

Iustifica
 tio. non putabant Patres quem assequi ul-
 lo modo posse quidnam esset Iustifica-
 tio: nam cū ea nihil aliud sit, q̄ quidā
 Augu. in
 Enchir. diuinus animorū motus, quo diuinitus
 ex iniustis iusti fiunt, qui fieri potest
 ut haud probe cognita peccatorum
 natura, origine & differentijs, nec be-
 ne p̄cepto genio, neq; intellecta qualis-
 tate & uarietate uirtutū, quæ diuinis
 tus, nō humanitus cōparatæ, p̄ctōrum
 sordes eluunt, & criminū loco subeun-
 tes, ex impijs pios constituunt, assequi
 recte quis possit iustificationis rati-
 onem, cum nullius motus p̄prietatem
 (ignoratis terminis quibus quisq; mo-
 tus circumscribitur, qui, a quo, & ad
 quem appellantur) intelligere & asse-
 qui quē, penitus sit impossibile? Quae-
 re doctrinae de uirtutibus & uicijs, iu-
 stificationis expositionē, ordine, non
 minus necessario q̄ decēti ac cōgruo,

DEDICATORIA.

Substituerunt. Et quoniam coelestes
 spiritus, & animæ Sanctorum, iam
 cum Christo uiuentium, iustifica-
 tionis nostræ sedulam apud Deū cur-
 ram agere nō dubium est, idcirco nec
 illud docere prætermiserūt, quīs nam
 illis a nobis pietatis & amoris cultus
 debeatur. Quid item de Statu ani-
 marum sentiendum sit, quæ ex hoc se-
 culo non satis defœcatæ decesserunt,
 & quibus nam modis illæ releuentur,
 ut mundificatæ, ad ultimum iustifica-
 tionis finem, qui est glorificatio coele-
 stis, & suauissima Dei uisio & cons-
 templatio, tandem perueniant.

Luc. 19

De vene-
 ratione
 sanctoꝝ
 spirituū.

De rele-
 uatione
 animarū
 fidelium.

Ultimo loco quatuor extrema (ut
 nocant) cunctis semper meditanda, in
 conspectum ponenda duxerunt, ut
 ac animo semper uersantes, & si
 a tenentes, Via Regia, quæ dus-
 cit ad Vitam, non declinantes,

Quatu-
 or extre-
 ma.

EPISTOLA

uel in dextram uel sinistram, inoffenso pede incederemus, donec ad metam laboriosi certaminis pertingentes, coronam iusticiæ perciperemus.

Publica
Cōfessio
quæ reci-
tatur a fi-
ne cōtio-
num.

Hi olim erant loci doctrinæ Catholicæ, quos unumquemque Christianum probe tenere, ut necessarium, ita sufficere existimabatur: adeoque ueteri Ecclesiæ hos locos nunquam non inculcari fidelibus operæpretium fore uisum fuit, ut ob id eos cathalogo quæ breuissimo dinumeratos ac recensitos, in formulam publicæ confessionis includendos putarit, quæ e suggestis Prædicatores uerbi, a concionibus suis et scripturarum tractatibus ad populum habitis, semper recitarēt, populo illam suis uerbis repetente, memoriæ mādandæ causa.

Hos uero cōmunes locos, ueterioris Ecclesiæ Patres, in uarijs suis opusculis

DEDICATORIA.

pusculis ad Ecclesiæ eruditionem ins-
 tructionemq; relictis, diligentissime
 quidem, sed sparsim tractauerūt. At
 posterioribus seculis, præstantes alia
 quot uiri, quibus Ecclesiæ admini-
 stratio, Deo digna, curæ fuit, cū cōsi-
 derassent p̄ Gothicas & Vuādalicas,
 aliasq; Barbaricas incursiones, ex tot
 egregijs clarissimorū uirorū monumē-
 tis, q̄ plurima deplorāda ruina inter-
 cidisse: aliorū uero q̄ adhuc extarent,
 non passim omnibus, quibus cura regē-
 darū Ecclesiarū cōmittenda erat, per-
 legendorū copiam præberi: & ut præ-
 beretur, nō omnes tamen huius esse uel
 industriæ uel iudicij, ut ex tanta, tanq;̄
 multiplici rerū copia, ea quæ maxime
 in aditu ac uestibulo profutura essent,
 quæq; in Ecclesiis assidue doceri o-
 porteret, ipsi sibi seligere, & in sum-
 mam aliquā redigere possent, magna

Loci cō-
 munes
 Catholi-
 ci, p̄ q̄s o-
 lim con-
 feriet.

EPISTOLA

profeculo prudētia, & egregio de Ec-
clesiā bene merendi studio, ac multum
laudabili, & in cōmune ualde pfuturo
labore, memoratos hosce communes lo-
cos in cōpendia quaedam contraxerūt,
quæ & extare, & in omnium manibus
uersari, utilissimū fore existimarūt.

Intelligentes in omnibus Disciplinis
& in re Theologica q̄ maxime, uti
longe amplissima ac augustissima, ma-
gnopē pdesse, tam in docendo q̄ dis-
cendo, tenere summas rerū, & prima q̄q̄
elementa: quibus cognitīs, q̄ facillime
perueniatur ad interiorem doctrinā.

Atq; inter hos q̄dem præcipui fuerūt
D. Thomas Aquinas, & hoc, uno uel
altero seculo posterior, Iohannes Ger-
sonus: Vterq; sane citra controuersia
apprime pius, & sua ætate, si non ser-
mone, scientia tamen, & exacta rerū
eognitione peritissimus. quorū prior,

In oibus
discipli-
nis sum-
mas rem
tenere,
valde p-
dest.

Thomas
Aquinas
Iohānes
Gerson.

DEDICATORIA.

libellū de articulis Fidei & Sacramē
 tis cōscripsit: quem tam utilem Apo
 stolica etiam Sedes ecclesiis esse iudis
 cavit, ut uoluerit atq; adeo præcepit,
 illū, eo potissimū tpe quo Bohemicum
 schisma inualuerat, p̄ Nicolaū Car
 dinalem Cusanū, quem ad Germaniā
 Reformationis Ecclesiæ causa, tum
 Legatū miserat, in omnibus Diocē
 sanis Synodis p̄ Germaniā uniuersam
 publice recitari, & ecclesiarū Curas
 toribus iniungi, cum ut haberent, dili
 genterq; p̄discerent, & memoriæ cōs
 mendarent. Id quod Acta Concilij
 Prouincialis, sub prædecessore Reue
 rendiss. & Illustriss. Celsitudinis tuæ
 Theodorico Archiepiscopo, anno
 quinquagesimo secundo supra millesi
 mū quadringentesimū celebrati, osten
 dunt. Posterior autem, Gerso
 nis, non unum modo, sed duos,

Nicolaus
 Cusanus.

Theodo
 ricus Ar
 chiepiscopus
 Colonien.

EPISTOLA

non dissimilis tamē argumenti libros nobis reliquit: quorū priorem Cōpendium Theologiæ, alterū uero Opusculum Tripartitū nuncupauit: qui & se se posteriorem istū, iusto zelo domus Dei excitatū, edidisse testatur, quod suo seculo, nō sine graui animi sui moerore uideret q̄ plurimos, quibus nō prædicaretur uerbū Dei: aut non ita prædicaretur, ut hinc ad cognitionem fidei & legis Dei & mandatorū eius, pro æterna salute consequenda necessariam, peruenire posse uiderentur: id que ob crassissimā & inexcusabilē Parochorū & Cōcionatorū ignorantia. In quos & illud horrēdū Domini uerbum apud Prophetā Esaiam intonat ac cōtorquet: Propterea, inquit, dū eius est populus meus in captiuitatē, quia nō habuerunt scientiā, & nobiles eius interierūt fame, & multitudo eis

Scopus
Gerfonis.

Esais 5.

DEDICATORIA.

us siti exaruit. & illud Pauli: Ignorans ignorabitur. optatq; pio sane desiderio, ut hic suus libellus, in quo uelut in tabula quadã, christiana legis summam, cõpendio depinxisse, & uelut in speculo cernētibus obiecisse se putat, in omniũ Curatorum simpliciorũ manibus uersetur, ut habeant solidã aliquam doctrinã, quã diebus Dominicis ac Festis, suæ curæ cõcreditis hominibus, aut prælegant, aut proponãt: ut hi ex eo potissimum discant, & a quo conditi, & ad quid cõditi sint, & qd credere, quid facere, & quid omittere diuina lege iubente teneantur: & quẽ admodũ a peccatis in quæ incidissent, resurgere possent ac debeant. Quin & hoc ab Episcopo illo cui libellum illum dicauit, requirit, ut eundem per uniuersam suam Diocesim publicari curet; ne ignorantia uerbi Dei, plebs

1 Cor. 14

cuis

EPISTOLA

Ezech 3
& 33.

eius in captiuitatem peccati pertracta,
 misere dispereat, & proinde a Spe-
 culatore, qui non denunciauerit interi-
 tum uel gladium, sanguis subditorū re-
 quiratur, q̄n̄ potius is eiusmodi denū-
 ciatione liberatus, obaudientes & res-
 fractarios in suo ipsorū sanguine peris-
 re deploret, putatq̄ libellum in uniuersum
 omnibus, maxime tamen quatuor
 Christianorū hominū generibus p̄fus-
 turum. Primū Sacerdotibus seu Cu-
 ratoribus ecclesiarū rudioribus, quos-
 rum crassa ignorantia, qua plebs diuinae
 uolūtatis cognitiōe fraudatur, im-
 putatur Episcopis in peccatū. Secun-
 do Ludimagistris, quos pueritiā &
 iuuetutem, a teneris unguiculis, his ru-
 dimentis imbueri oporteat. Tertio
 omnibus quibus aliorū hoīm cura de-
 mandata est, ut sunt, parentes, patres
 familias, & quibus infirmorū sollicitudo

DEDICATORIA.

do est imposita. Quarto deniq; omnibus in uniuersum idiotis, tam laicis q̄ alicui Religioni Monachicæ additis: maxime ijs quibus non semp̄ uacat Ecclesiasticis contionibus interesse. Vnde quoq; postulat, ut eius libelli doctrina, tabellis, uel tota uel p̄ partes, inscripta, in locis publicis, ut sunt Parochiales Ecclesiæ, Scholæ, Monasteria & Hospitalia, affigatur.

Egdem, ut quod sentio dicā, ipse nihil ambigo, si tam pio ac ardenti uiri dei desiderio, ex eo tpe ab Episcopis, alijsq; ad quos ea res spectat, uigilāter satisfactū fuisset, Lutherū imperitiæ nostræ tenebris delectatū & abusum, eousq; ad suffodiendā, ueluti cuniculis quibusdā, sanctā Ecclesiā Dei, suis pestilentissimis libellis, q̄ Gersonicis cōpugnāt, nunq; peruenire potuisse: quem tamen non dubium est, non uulgari

diuina

Luthero
apta ianua p̄ nostrā
oficiantia.

EPISTOLA

Aug. de
Religio
ne, ca. 8

diuinæ prouidentia beneficio, nostra
tempestate uenena sua spargere per
missum esse, nimirum ut ad uerū quaer
endum carnales, & ad uerū aperien
dum Catholici incitarentur.

Porro iam dudum ante Thomæ &
Gersonis ætatem, Religiosissimi quō
dam illius, & diuinæ præterea legis
callentissimi Impatoris, Caroli Ma
gni cura longe sanctissima prouisum
fuit, ne Parochis, cæterisque diuini uer
bi Prædicatoribus, Dominicis, alijs
que Festis diebus, per totum anni cir
culum, copiosa concionandi materia,
singulis apta temporibus deesset. Is
enim & per Paulum Diaconum, sac
cras historias & lectiones per totum
anni uertentis ambitum, singulis San
ctorum Festis congruentes, digeri, &
per Albinū Anglicū (quem Magi
strum suum appellare cōsuevit) homi
lias

Carolus
Magnus.

Paulus
diaconus.
Lectiones
& hom.
per totū
annū di-
tributi.
Albinus
Anglicus

DEDICATORIA.

lias in euangelia dierū Dominicorū
 & Festorū, ex præstantissimorū Ec-
 clesie doctorū uiridario seligi, & p
 imperiū suū longe latissimū, euulgari
 fecit. Atq; utinā hic Pauli Diaconi
 Lectionarius, & Albini homiliari-
 us, in sua puritate cōseruati, & in Ec-
 clesia frequentati hætenus essent, eos
 rumq; loco nō aliquot libelli multo sor-
 didiores recepti in usum fuissent: nam
 tum melius q̄ nunc citra controuersā
 haberet Ecclesia. De Moribus, Cæ-
 remonijs & Ritibus Ecclesie Cas-
 tholicæ, q̄ est altera Religionis pars,
 olim multa scripsit Augustinus. Au-
 gustino post aliquot secula successerūt
 Isidorus Hispalensis Episcopus, &
 Moguntinæ Sedis Archiepiscopus
 Rabanus, Et Rupertus Abbas Tu-
 ritensis, qui quicquid his de rebus sciri
 oportet, in libros, quos Officiorum

Scda Re-
 ligionis
 pars, Sa-
 cramēta
 & Cere-
 moniz.

EPISTOLA

*Ecclesiasticorū inscripserūt, cōgēs-
 serunt: ambo in lege Dei doctissimi,
 & zelo feruentes. Quos postremo in-
 sequutus est **Durād9.** *Wuilhelmus Durandus,*
Episcopus Mimaten. in libro quem
Rationale Diuinorū intitulauit: uir
certe in cognitione Iuris Canonici ma-
ximus, tamen si stilo, ut tum ferebat æ-
tas, non ita felix. Rupertus sane in
memorato suo libello, præter exposi-
tionem Offitiorū, Morū & Ritūū
*Ecclesiasticorū, post **Smarzg** *qui*
cum aliquot annorū centenarijs præ-
cessit) huc etiā maxime spectauit, ut
consonantiā euangeliorū, quæ Domis-
nicis ac Festis diebus in Ecclesia le-
*guntur, cum **Cōsens9** *lectionibus,*
usdem diebus dicatis, indicaret. Nā
hoc constat, ueterem Ecclesiā mirabi-
li ac stupendo iudicio, binas semp Le-
*ctiones, euangelicā scilicet & **lectionū** *Apos-*
*carū & e **Apostoli-** *carum.*
uangelii-
*carum.******

DEDICATORIA.

stolicā, interdū uero huius uice Prophe-
 tica, copulatas, singulis diebus ap-
 tasse, quarū una esset alterius apposi-
 tissima expositio: Et quæ ex mutua fa-
 cta collatione perpulchre expositæ,
 omnem doctrinā sacram, populo Chri-
 stiano scitu necessariā, per totius anni
 circulum, ordine decētissimo, & me-
 moriæ facile cōmendabili, suppedita-
 rent.

Postremo de *Disciplina in Eccle-
 sia exercenda*; quæ tertia Religionis
 Christianæ pars est, multa olim D.
 scripsit Cyprianus, & extabāt Apo-
 stolorū Canones, & uetustissimorū
 Cōciliorū Decreta: ex quibus postea
 libri tres potissimū, qui Pœnitēti-
 ales uocantur: quorū unus Romanus, alter
 Theodori, & tertius Bedæ dicitur,
 nō cōtēnēda diligētia cōpositi fuerūt,
 quos Lutherani pniæ satisfactionē de-

Tertia
 Religio-
 nis pars,
 Discipli-
 na.
 Cypria-
 nis.
 Canon.
 apostol.
 Cōcilio-
 rum Decre-
 ta. Libri
 pœnitēti-
 ales. Ro-
 manus,
 Theodo-
 ri, Bedæ.

EPISTOLA

Quæ carnis arrident ac placent ubi
 que tradentes & inculcantes, oderunt
 canis pelus & angue: quos & præ cæ
 teris Catholicorū scriptis omnibus,
 rabido ore ac canino dente ubiq; q̄ pos
 sunt maxime, discerpūt, lacerant ac p̄
 scindūt: suaues sane Archiatri, q̄ nō
 sustinent uulneribus medendis, olei le
 nitati uini acrimoniā admisceri: q̄
 tamen cælestis ille medicus, nō diser
 tis modo uerbis, sed & insigni parabo
 lico exemplo, necessario faciendū esse,
 tam manifeste docuit.

Luc. 10

Que ini
 rias co
 gnitu ne
 cessaria.

Porro quæ de horū triū, Doctrina
 uidelicet, & Cæremoniā, & Dis
 ciplina cōpræhensione dicta sunt, as
 deo olim omnibus, qui sacris Ordinibus
 initiari uellēt, cognitu necessaria
 putabantur, ut qui horū aliquid igno
 rasset, ne nomine qdem Sacerdotis di
 gnus uideretur. Qua de re Canō quæ
da

DEDICATORIA.

dam lib. Decretorū Pontificiorū, de
 stinct. xxviij. D. Augustino attribu-
 tus, legitur fere in hæc uerba: Quæ is-
 psis Sacerdotibus necessaria sine ad-
 discendū, Psalteriū, Homiliæ ꝑ cir-
 culum anni, Dominicis diebus & sin-
 gulis Festiuitatibus aptæ, Sacramen-
 torū liber, Baptisteriū, Lectionaria-
 us, Antiphonarius, Cōputus & Ca-
 nones poenitentiales: ex qbus omnibus
 si unū defuerit, Sacerdotis nomen uix
 in eo constabit. quia ualde periculosæ
 euangelicæ minæ sunt: Si cœcus cœco
 ducatum præstet, ambo in foueam ca-
 dunt. Hæc tenus illic.

Nec alia fere Christianissimus
 olim Imperator Iustinianus a Cleri-
 cis ꝑ totum suū Impium cōmorātibus,
 in suis Nouellis cōstitutionibus req-
 rit, Titulo de Ecclesiasticis, diuersis
 capitulis, constitutione xxxiij. quæ sac-

Iustinia-
 nus Im-
 pator.

EPISTOLA

ne digna est ut aureis descripta literis, ab omnibus Clericis per diligenter & frequenter perlegatur. Hac igitur omnia cum in Ecclesia, ut diximus extarent, & continuo studio uoluerentur, tractarenturque, bene & rectissime omnia gerebantur. At postquam ecclesiarum Praesides & Curatores dormire in munere suo coepissent, nec curam habere quod populus Doceretur, & quem praeterea in modum ad pietatis cultum, sacrarum Ceremoniarum pia explanatione inflamaretur, & quo pacto in Disciplina, quae Religionis unicum fulcimentum & retinaculum est, contineretur: En de improviso surrexerunt Vulpes, quarentes demoliri uineam Domini, & exterminare conatus est eam. Aper de sylua, & singularis Feras depastus est eam. Et quod Leo eius nominis Papa decimus, in sua Bulla in

Cant. 2
Psal. 79

Leo X.

DEDICATORIA.

Lutherū fulminata, iusto nimirū do-
 lore, uerbis Apostolicis ad suā que-
 lam mutatis, deplorat: Insurrexerūt
 magistri mendaces, introducentes se
 etas perditionis, sibi celerem interitū
 superinduentes, quorum lingua ignis
 est, inquietū malum, plena ueneno mor-
 tifero, qui zelū amarū habentes & cō-
 tentiones in cordibus suis, gloriantur
 & mēdaces sunt aduersus ueritatem.
 Insurrexerunt inquā, & uincē huius
 (quo circumdata erat) murū, non una
 aliqua ex parte, sed totū per circuitū,
 graui obsidione cinxerūt, summaq; ui,
 suis admotis Satanicis machinis &
 balistis, quassarunt, perfrerunt, &
 quantū in ipsis fuit, etiam deiecerunt
 ac prostrarunt: Turrim enim solidē
 & Catholicę doctrinę, telis suis &
 iaculis, atro ueneno tinctis, undiq; pul-
 satā, apud suos fœdissimā reddiderūt.

2. Pet. 2

Iacob. 3.

Turris
doctrinę

EPISTOLA

Septem Ce
 remonia
 rum.
 Maceria
 disciplinæ

Ezec. 13

Septem morū, rituum & cæremoniarū
 Ecclesiasticarū abstulerūt, & Ma
 ceriem Disciplinæ diruerunt, & fas
 cila est uinea eis in direptionem & cõ
 culationem. Sed Deo gratia, inuenti
 sunt ex aduerso cõplures uiri electi &
 probati, qui in defensione Ecclesie
 Dei manifesti facti sunt, opponentes
 se murū pro domo Domini. Horū opa
 arma cõtraria hostium telis expedita
 sunt. Nam eorū labore aduersus ἡ
 δοκτικισμῶν, prodierunt Cathedri sint
 Orthodoxi. aduersus illorū locos com
 munes ἡ
 ἰδολόγους, Loci cõmunes uera
 ces. deniq; aduersus Postillas contra
 ueritatem mendaces, Postillæ uerita
 tis assertrices. Et ipse quoq; ante alio
 quot annos, licet inter alios ueritatis
 assertores omnium minimus, & quod
 res est, indoctissimus, in hoc scribendi
 genere sum uersatus, in Enchiridio do

DEDICATORIA.

Arinae Christianae cōponendo, quod in
 celebri Concilio Prouinciali Colo-
 nien. anno partæ salutis 1536. publi-
 catum est. Cuius quoq; laboris adhuc
 me non omnino pœnitet: tamen si salu-
 tarem eius Cōciliij progressum, in hac
 Reuerēdissimæ Celsitudinis tuæ am-
 plissima Prouincia, omniū malorū sa-
 tor diabolus, cum maximo Ecclesiæ
 detrimento, tū impediuit. Verū enim
 uero, circumspicienti mihi ad Cathe-
 chismos & Institutiōes istas Catho-
 licas, quotquot hæc lenius in lucem p̄die-
 runt, non potest quidem nō ualde p̄bari
 mihi optimorū uirorū piissimus labor:
 Attamen, an his p̄ omnia sacris simpli-
 cioribus Parochis, ad rite gerendū &
 explicandū munus suum prospectū sit,
 nondū apud me statuere potui. Nam
 præterq̄ q̄ earū quæ prodierunt Insti-
 tutionū quædā proluxiores sunt, ut eas

Cōciliū
 Prouin-
 ciale Co-
 lonien.
 anno dñi
 1536.

EPISTOLA

Quæ de
hiderantur
in Cathe
chisimis.

euoluere cuius non ita uacet, quædam
difficiliores ut ab omnibus non tam fa
cile intelligantur. Certe hoc constat,
paucas admodum extare, si tamen extant
ullæ, in quibus præter expositionem
Symboli Apostolici, Orationis Do
minicæ, Sacri Decalogi, & Septem
Ecclesiæ Sacramentorum, communes illi
li doctrinæ Christianæ loci, quos sus
pra recensuimus, summam, eoque or
dine ac simplicitate ita digesti reperi
antur, ut ab omnibus, quibus simplicioribus,
sine magna difficultate intelligi,
& memoriæ mandari possint: ne dicam
quod raro admodum in eis Ecclesiasticarum
Cæremoniæ & rituum explicatio,
ac fere nulla Disciplina traditio
inueniatur. Quæ tamē duæ partes (ut
ecclesia in pristinum statum suum & digni
tatem, a qua misere deiecta est, restitu
atur redintegreturque) tam sunt cognitu

DEDICATORIA.

necessaria, ut nihil supra: quod has partes potissimum oppugnandas Lutherani sibi sumpserunt, ne uel signa aliqua uel memorialia Religionis auitæ Psal. 79 superessent. Omitto quæ & maxima pars eiusmodi Institutionum, ac etiam Catechismorum, non uerbotim ex sacra Scripturæ elogijs, nec sanctorum Patrum dictis (quæ sane Parochos memoria bene comendata, & in numero tanto habere conuenit, ut de omni re expedite & inoffense ad populum concionari, & omni poscenti eos rationem de ea quæ in ipsis est Spe & Fide reddere possint) 1. Pet. 3 sit desumpta ac cõcinnata: sed magis cuiusque scriptoris proprijs uerbis conscripta: quæ ut memorie mandentur, tamen ad fidelem populum prolata, multo certe minus effectiunt, quàm diuina illa, quæ sacra Scriptura suppeditat.

EPISTOLA

Quibus
libellus
iste scri-
ptus sit.

Hæc cum mecū cōsiderarem, opta-
ui sæpe ut prodiret talis aliquis libellus,
qui memoratas Religionis nostræ
partes omnes, q̄ simplicissime, succin-
ctæ & amabili breuitate cōplectere-
tur, seruiturus ī primis Parochis &
Ludimagistris simplicioribus, & ijs
qui ad regendas ecclesias & ludos li-
terarios gubernandos instituentur:
Deinde p̄ hos teneræ iuuentuti ac ple-
bi Christianæ. Existimabā enim ea
ratione colligi tandem posse Ecclesiā
dispersam, quæ fere pluribus in locis
a Parochis regitur indoctioribus, &
Ludimagistros passim habet sciolos
magis q̄ horū Elementorū solide pu-
ros. Existimabā quoq̄ talis libelli ad-
iumento fieri posse, ut collecta rursus
Ecclesia, aduersus p̄fidios suos hostes
staret uelut castrorū actes ordinata.
Nam si hæc bene calleant, tam qui ad

Cant. 6

regen

DEDICATORIA.

regendas ecclesias & scholas instituen-
 tur: si hæc teneant institui: si iuuentus
 p̄ sui ingenij modulo imbibat: si plebs
 pro suo captu ediscat: uentant tum Lu-
 theri, ueniant Buceri, suis p̄fecto fu-
 cis ac bombis inanibus, parū profici-
 ent ad aciem Dei uiuentis, talibus ar-
 mis instructā, loco mouēdā. Tam pau-
 cos hodie uidemus qui Ecclesiasticum
 munus suscipere, qui iugo Domini hu-
 meros ad curādas animas (quod tamen
 in Ecclesia munus est omniū augustis-
 simū) submittere uelint. Hinc tot ecc-
 lesiæ deserta iacent, hinc tot adhuc
 (etiam sub Catholicis Episcopis &
 Principibus) a Lutheranis occupan-
 tur. An non hæc socordia & tanti
 Dei muneris neglectus inde uenit, q̄d
 tam pauci sint qui se tanto muneri ex-
 plicando sufficere posse arbitrentur?
 q̄d uidelicet adhuc ignorent earū rerū
 que

Misera
 p̄sentis
 Ecclesiæ
 facies.

Mini-
 strorum
 paucitas
 vnde.

EPISTOLA

Libellus
 p̄futur9
 Cōciona
 toribus.

quæ doceant, etiam summa capita, & sibi prorsus inepti esse uideantur ad aliorū cōscientias scrutandas, examinandas & excutiendas, qui ipsi nondū Christianæ Iustitiæ fontes, & p̄cōsorum genera & discrimina satis assęquantur: putant laboriosum esse ac p̄ difficile uel horulā unā ad plebē e Suggesto dicere: cum tamen id facillimum ipsis foret, si memoratos locos communes, & scripturæ testimonia (ex quibus illi ducuntur) memoria recte tenerēt. Incidunt enim hi loci in omnes conciones toto anno habendas: ut si quis de his bene edoctus fuerit, nūquā metuere habeat sibi sermonem ad populū defutarum, etiā si omnibus Cōmentarijs seu Postillis destituatur. Cum uero superiori tempore quasi certum haberem talem aliquem libellū, uel Occumenicū Concilij, uel cōmuni saltem Germano

DEDICATORIA.

rum Episcoporum autoritate breui
 proditurum, nolui meis ineptijs publi-
 cæ autoritati anteuertere seu præius-
 dicare, aut cuiusq; animum præoccu-
 pare: tantum de iuuentute (quæ prima
 Rudimenta apud Ecclesiam S. Gere-
 onis tuæ Agrippinæ Coloniae, cuius
 Scholasticus uocor, docetur) sollicitus
 fui: maxime ob depellendas Buccer-
 ri calumnias, quibus in quodã suo ma-
 ledico scripto, me, uelut neglecti hæc
 in parte officij, traducebat.

Quãobrem tũ, anno salutis 1546. (quã-
 do, alterum Colloquium Ratisbonæ
 cum Lutheranis habebatur) libellum
 scripsi in gratiã iuuentutis, eumq; pers-
 pusillũ, cui Titulũ feci: Capita insti-
 tutionis ad pietatem &c. in quo sus-
 præma modo capita horum omniũ tan-
 tum attigi. Hic licet a quibusdam,
 alioqui mei nominis studiosis,

Capita
 Instituti-
 onis ad
 pietatẽ.

EPISTOLA

(q̄ nullā scilicet præ se ferret maie-
 statem) contemptus fuerit, dicentibus
 se longe aliū a Groppero Cathechis-
 mum expectasse: tamen raptus est in-
 terim a simplicioribus ludimagistris
 & pueris, quibus solis scriptus erat,
 & nescio quoties nūc impressus. Quē
 ut denuo recognoscerem, hoc anno Cal-
 cographus a me quodāmodo extorsit,
 qđ diceret illum ueluti nouum rursus
 efflagitari. ut mea non ita multū recu-
 lerit, h iud tam placuisse eū uiris undi-
 quaq; doctissimis, modo pueritiæ non
 fuerit ingratus nec incōmodus: præ-
 sertim uni illiq; p̄ exiguo literario lu-
 do potissimum dicatus. Idq; maxime,
 extante iam dudū memorata Institutio-
 ne doctrinæ Christianæ, lōge fusiore.
 ad quā quoq; remissi sunt q̄ copiosiorē
 singulorū explicationē desiderarent.

Cæterum, cum ab eius libelli priā

DEDICATORIA.

editiōe, ita uisum fuisset felicis recor-
 dationis Paulo Papæ iij. ut me nihil
 minus cogitantem, ac ne somniantem
 quidem, Præpositura Bonnensi (quæ
 Archidiaconatum in Ecclesia tua
 annexum habet) insperata beneficen-
 tiæ honoraret, seu oneraret potius. nec
 adhuc uiderem talem aliquem libellū,
 Parochis rudioribus necessarium nā
 is quem pueritiæ scripsi longe succins-
 etior est quam ut ipsis suffecerit) pro-
 diisse, tum primum cogitare cepi de li-
 bello hoc, pueris scripto amplificans
 do, sic ut auctus & locupletatus non
 tantum seruiret pueris, sed & Paro-
 chis, ad curam animarum gerendam in-
 stituendis. Videbam enim mihi nunc
 iniectum munus, præficiendos Eccle-
 sijs Parochialibus intra pomeria mei
 Archidiaconatus constitutis, exami-
 nandi, & sic iniectum, ut neglecti offi-

Paulus
papa 3.

Archidi-
acono-
munus.

EPISTOLA

C. 1. & c.
ad hanc.
de offi-
cio Ar-
chidia-
con.

Formu-
la exami-
nandi ad
ministe-
ria.

cij in districti examinis iudicio sine
rationem redditurus. Videbam quan-
tum malorum, Archidiaconorum ne-
gligentia, hac in parte haecenus com-
missa, in Ecclesiam Dei inuexisset.
nam quid aliud est inexploratos minis-
terijs Ecclesiasticis praeficere, quã
nauigandi prorsus rudes & inexper-
tos, gubernaculis, per summam impru-
dentiam admouere uelle? Ergo cum
non multo post susceptam Archidia-
conalem curam, pro exoneranda con-
scientia mea, Formulam quandam bre-
uem examinandi designatos seu prae-
sentatos ad regendas Ecclesias Paro-
chiales intra mei Archidiaconatus
limites constitutas, conscripsissem, &
essent qui causerentur, frustra dari ex-
aminandi Formulas, nisi simul suppedi-
taretur Institutio, quae rudi saltẽ Mi-

DEDICATORIA.

nerua doceret, quo modo ad singulas
interrogatiunculas ab instituendis ad
Ecclesias, apte & competenter re-
spōderetur, animum ad conficiendum
id quod sæpe cogitaram appuli, & li-
bellum hunc, qui nihil aliud est quam
fustor quædam explicatio prioris, in
tra dies non ita multos absolui. Quem
Reuerendissimæ & Illustrissimæ Cel-
situdini tuæ peculiariter dedicandū
putaui, magno Sacerdoti infimus mi-
nister, ut quem memini optasse quans-
doque, talem aliquem in sua Diocesi
extare.

Me uero (si tamen is tibi non
prorsus displicuerit) nihil quorun-
dam scominata morabuntur, qui es-
um ceu parum eruditum & uulga-
rem aspernabuntur. Nam in magnis,
ingeniosis, & acutis uoluminibus

EPISTOLA

uer sentur doctrina & rerum cognitio-
 ne præcellentes: hic libellus imperia-
 tis Parochis & Ludimagistris, na-
 ris nondum emunctæ satis, scriptus
 est, quibus quoque & potissimum qui-
 dem consulendum erat, quod hi susci-
 piant erudiendam pubem ac plebem,
 pro qua mortuus est Christus.

2 Cori. 5

Equidem ualde annitendum existi-
 maui, ut prima saltem Elementa, quæ
 fieri posset facillima & omnibus ex-
 posita redderentur: non ut studio no-
 bis esset, ut ipsi literati uideremur, sed
 ut complures ad Christianam doctri-
 nam & uitam pelliceremus. Nihil,
 ut spero, a sacris literis dissonum, ni-
 hil cum Patrum scriptis compugnans,
 nihil non Catholicum in hunc libellum
 congeffi. Imo dum potui nudas scriptu-
 ras cum per se clare essent, posui, ut
 ad uerbum memoriæ mandarentur:

DEDICATORIA.

Sin obscuriores essent, ut quedam earum perdifficiles sunt, addidi interpretationem, ut autumo Catholicam, & tamen non uulgarem, ex antiquissimorum & receptissimorum patrum commentarijs desumptam: & hoc quã maxime conatus sum, ut quæ Lutherani, Parochos & Ludimagistros male docuerunt, manifestis scripturis & publico Patrum cõsensu, dedocerem: Hebre. 6
 non eos quidem Parochos & Didascalos, qui perfecti sibi uidentur, quorum est solidus cibus, quod pro ipsa consuetudine exercitatos habeant sensus ad discretionem boni & mali, sed illos tantũ qui cum deberent Magistri esse, rursus indigent ut doceantur quæ sunt elementa exordij sermonum Dei, & facti sunt ueluti quibus lacte opus sit, non solido cibo. His ostendere uolui semitas antiquas, ad quas

EPISTOLA

Hiere. 6. *inuestigandis Hieremias Propbeta nos cohortatur, dicens: State super uias, & uidete, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit uia bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus uestris. Indicauit uirtutum simul & uitiorum fontes, hos siccandos, illos eruendos, donec reperiamus aquam uiuam, scatentem in uitam æternam.*

Philistæi nostrorum temporum
Gene. 16.
& 26.

Illos Philistæi nostri, qui terrena sapiunt, & ad terrenos affectus detorqueunt doctrinam Euangelicam, terra operpleuerunt, lutoque ac sordibus conspurcaverunt aquam, ut qui inde biberit, plus hauriat limi, sordiumque, quam liquoris. Refodiendi igitur & instaurandi sunt, fugienda uero que maxime cisternæ dissipatae, quas foderunt illi, quæ continere non ualent aquas. Mibi certe suffecerit si ex hac mea opella, uel qualiscumque fructus Ecclesiæ redeat. Nec uos

Hiere. 2.

DEDICATORIA.

Inhibet in re, uelut nouus autor alijs præcurrere, sed magis gustū aliquē præbere, cessurus libēter meliora pari breuitate afferētibus: omnia interim quæ libello insunt, iudicio S. Sedis Apostolicae, quæ humillime submittes. De Postillis quæ hoc tēpore a Catholicis cumulatim eduntur in publicū, nunc nihil aliud dicā, quæ quod apud Dan. ca. xij. de his, quæ erudiūt multos ad iustitiā, prædicitur. Et legimus, quod prætransibunt multi, et multiplex erit sciētia. Verū interim ego quædam optarē extare adhuc aliquod breue scriptū, in quo earū lectionum Euāgelicarū et Apostolicarū, quæ singulis festis per annū diebus, ut diximus, dedicatæ sunt, pulcherrimus ille cōsensus cū iudicio indicaretur. Quale quædam mihi nup̄ dū Susatij, per expugnāda se Ela hærerem, breuissimis annotaui, nā symphoniā eiusmodi, neque Roptū illū,

Qualis
optanda
Postilla,
ut vocāt

EPISTOLA

neq; Smaragdū, per omnia assecutos
 esse satis uideo. Certe si tale scriptū
 extaret, Parochis multo copiosior
 semper docendi materia suppeteret,
 quam absolui unius horulæ angustia
 pateretur. Interimq; populus instruetur
 quid singulis Dominicis alijsq; fe-
 stis per totum anni circulum diebus,
 Ecclesia uelut optima & prudentissi-
 ma mater, filios suos ad æternam con-
 sequendam salutem docere, hætenus
 intendisset, idq; ordine, ut mihi quidē
 apparet, decentissimo. Forsan si Deus
 uitam dederit, & otij mihi tantum su-
 pfuerit, Annotatiōes illas meas ubi
 emaculauero, nō grauate cōmunicabo.

Agenda Quod uero ad formas administran-
 dorum sacramētorum, quæ Agenda
 nocantur, attinet, hæc certe minimo ne-
 gocio ad primam suam puritatem re-
 duci posse, nemo non uidet: nam serua-

DEDIATORIA.

tur adhuc in antiquis quarundam Ecclesiarum bibliothecis, autenticus sacramentorum liber sancti Gregorij Papæ, ex quo poterunt ad uerbum describi: quibus si aliquot formulæ breues ac piæ (ad quas simpliciores Parochi cum Sacramenta conferunt, ad moneant præsentem quid in cuiusq; Sacramenti administratione agatur) subiungantur, non uideo quid hic quoq; desiderari amplius queat. Hoc unum cõpertum habeo, ut quam primum eiusmodi Agenda Ecclesiastica emaculata prodierit, futurum, ut Agenda schismaticæ, in oculis protinus omnium, qui tamen nõ prorsus omni iudicio carent, penitus euilescant: tãta enim est Ecclesiastici Ordinis ac formæ maiestas, ut suo splendore falsam harũ speciem ac fucum facile dispellat ac obscuret.

Liber sacramentorum D. Gregorij.

EPISTOLA

Martyrologiō. Restat postremo, ut extet pro Pas-
 rochis Martyrologion aliquod uetus,
 certa & explorata fidei, quale olim
Eusebius. Eusebius, quemadmodum ipse de se te-
 statur in prohemio quinti Ecclesiasti-
Hieron. cae historiae, & post eum Hieronymus
 conscripserunt, ex quo populus in san-
 ctorū natalitijs, gloriosos martyrum
 agones, & speciosos Confessorū &
 Virginum de huius mundi Principe
 triumphos edoceatur, ac ad imitanda
 eorū exempla & uitā excitetur, & in-
 flāmetur: cū natura cōparatū sit, quod
Hebr. 13 exemplis multo magis q̄ uerbis moueamur,
 tū qđ Apostolus uelit nos exitū
 cōuersatiōis sanctorū intueri semp de-
 bere, ut eorū imitemur & fidē: Et Cā-
Confili- um Carthagi. 4. cilium Carthagi. 4. cōmendat passiōes
 Martyrū prāter scripturas Canoni-
 cas in Ecclesijs etiā legi, cū anniuersa-
 ry dies illorū celebrātur. Et ne q̄s mar-
 tyro-

DEDICATORIA.

tyrologiõ talem dari quoq; posse despet,
 puto eiusmodi quoddã iam me naclũ esse
 se, inuentũ Susatij in ueteri bibliotheca
 ca Monasterij S. Patrocli martyris,
 qd̄ forsan locupletatũ scholijs, quãdos
 que pdibit in lucem. Nunc suffecerit
 hac prima elementa dedisse cũ Isago-
 ge locorũ coim, de Doctrina, Cære-
 monijs, & Disciplina Ecclesiastica,
 qbus tamẽ nõ sine causa uisum est Sum-
 mã uniuersæ scripturæ interponere, q̄
 ad intelligenda Biblia, nihil magis cõ-
 ducat, q̄ summam aĩocõplecti, qd̄ nos
 Deus hisce suis lib. docere uoluerit,
 & in quẽ scopũ oĩa respiciãt ac diris-
 gãtur. Vnũ tantũ dicã facturus finem:
 Tũ demũ regnũ Christi refloreturũ
 pulcherrime, si ubiq; sana doctrina ui-
 geat, populisq; diligẽti ac assidua uer-
 bi prædicatiõc instilletur iculceturq;.
 Si ad pietatẽ plebs pia Cæremoniarũ

Summæ
 uniuersæ
 scriptu-
 ræ.

Regnũ
 Christi
 qñ refo-
 returũ in
 nobis.

EPISTOLA

Carolus
V.

Comitia
Augu-
stana,
1550.

Quæ p
hæresum
extirpa-
tione ne-
cessaria
videtur.

adhibitionē explicationeque accendas-
tur: Si denique Doctrinæ simul & Cæ-
rimoniarum administratio & iura pa-
riter omnium, tam Clericorum quam
laicorum: per disciplinæ uigorem res-
gantur contineanturque: Deinde si In-
uictissimus & Catholicissimus Impe-
rator Carolus Quintus, Magno illo
nulla ex parte inferior, communicato
cum amplissimis Sacri Romani Imp-
perij Principibus & Ordinibus (qui
nunc Augusta Vindelicorum, Religi-
onis uindicandæ, rebellionisque coercen-
dæ causa rursus conuenerunt: Inter
quos tua Celsitudo, ut egregium quoda-
dam decus & ornamentum effulget)
consilio, hoc semel efficiat. Primum
ut ubique per Germaniam ab admini-
stratione Ecclesiarum prorsus abar-
ceantur & proiciantur omnes, qui ali-
quam nostræ tempestatis hæresim, quã

DEDICATORIA.

doque publice sunt professi : quod re ipsa experti simus , eorum nullum adhuc post tot & tam pias admonitiones a proximis Augustensibus Comitibus , ex animo resipuisse , utq; illorum Antistites non audeant fidem insinuare quam nō habent , nec ministros creare , qui non sunt , nec conuenticula uel la facere , in quibus aduersus Ecclesiam armatur impietas : Utq; quoad fieri potest , ubiuis eorum loco substituātur Concionatores Catholici , rite ordinati , ordinariaq; autoritate cōprobatī , quorum sane permulti , ex tot bene institutis per Germaniam Monasterijs : ad regēdas desertas Ecclesias euocari initio possent , dum haberi queant alij (quos seculares uocant) Clerici , ad hæc munera ubiq; gerenda non inepti .

L. omnes.
C. de hæretic. & Manich.

Deinde ut non minori cura facta in
quisitio-

EPISTOLA

quisitione submoucantur ubiq; a pæda
 gogijs & scholis, omnes q de harefi uel
 schismate aliquo unq infamati uel sus
 specti fuerūt: quādiu enim taliū hoīm
 impiæ ac seditiosæ uoces sonāt uel in
 Ecclesijs uel in scholis, q fieri potest
 ut nō corrumpantur iuuentus pariter
 & populus uniuersus, & Ecclesiæ tā
 diu optata tranquillitas redire phibeas
 tur. Deniq; ut nō dissimili seueritate
 p legitimā inq; sitionem aboleātur, pub
 liceq; cōburantur omnes libri hæretis
 ci, & chartæ quocūq; modo suspectæ,
 indicatis uicissim libris Catholicis, q
 ab omnibus sine metu legi possint: id qd
 Impatoria maiest. in suis hæreditarijs
 Prouincijs iā toties prudentissime ac
 religiosissime curauit. Quid enim p
 fuerit submouisse pseudologos ecclesi
 astas & pseudodidascalos, si plebi re
 linquantur magistri isti muti, non mi
 nus

DEDICATORIA.

nus quæ illi perniciosi: quod enim illi im-
 pijs & furiosis clamoribus inculcant,
 hi tacite dum leguntur insinuât. Hæc
 tria olim optimos quosq; & Christia-
 nissimos Impatores, dum hæresibus ex-
 tirpandis studerent, facillitasse semp le-
 gimus, id quod Codex Iustinianus tit.
 de Hereticis & Manichæis, de The-
 odosio, Valentiniano, & Gratiano,
 illorumq; similibus pijsissimis Impera-
 toribus, quibus nostra religio summæ
 curæ fuit, manifeste testatur. Nec al-
 liter profecto rebus Ecclesiæ, nisi me-
 tamen omnia fallant, recte unq; consue-
 letur. Hæc aut ut tuo ductu, per tuam
 Diocesim, maximo cum oim bonorum
 applausu, iam magna ex parte cõfecta
 uidemus, nisi quæ Pastoralem Visitati-
 onem (quæ hucusq; nõ tua culpa extra-
 ctam uehementer doles) expectamus,

Theodo-
 sius.
 Valentia-
 nus.
 Gratia-
 nus.

EPISTOLA

ita per totum porro Romanum Impe-
rium, iam semel tandem Christianis-
simi Cæsaris, tuis, aliorumq; Princē-
pum & Ordinum Consilijs hac in re
adiuti, inuiolabili autoritate confici
omnes speramus. Deus optimus Ma-
ximus, pios hosce conatus bene fortuna-
ret ac prosperet, in sui nominis laudē,
& Ecclesie publicam utilitatem.

Datum Coloniae Agrippinae,
ipso die Decollationis Ioannis
Baptistae præcursoris Do-
mini, Anno salutis
M. D. L.

Elenchus Rerum

QVAE IN INSTITV
tione continentur.

Symboli Apostolici explicatio.

SOrationis Dominicæ explicatio.

Salutationis angelicæ explicatio.

Præceptorum decem explicatio, pe
tita ex literis Euangelicis & Apo
stolicis.

Præceptorum primæ tabulæ, ordo
ac scopus.

Præceptorum secundæ tabulæ, or
do ac scopus.

I. Præcepti explicatio.

De ueneratione sanctorum imagi
num & reliquiarum.

II. Præcepti explicatio.

Vsus nominis Dei legitimus quis.

Iurare quatenus liceat.

III. Præcepti explicatio.

III. Præcepti explicatio.

V. Præcepti explicatio.

VI. Præcepti explicatio.

Libido omnis extra coniugium
ut sit damnata.

VII. Præcepti explicatio.

VIII. Præcepti explicatio.

IX. Præcepti explicatio.

X. Præcepti explicatio.

Præcepta decē in Euangelio in duo
reducta per Christum, quæ sunt
summa legis & Prophetarum.

Legis impletio unde petenda sit.

Sacramenta Ecclesiæ Catholice
septem quæ sint.

Sacramentum quid.

De sacramento Baptismi.

De Baptismo paruulorum.

Sponsiones in Baptismo quæ su
ant.

De sacramento Confirmationis.

De

De sacramento Eucharistiæ.

Ecclesiæ Catholicæ diffinitiones
de sacramento Eucharistiæ.

Quomodo ad communionem ac-
cedendum sit.

Indigni quinam censeantur ad cõ-
munionem sacramenti.

De sacramento pœnitentiæ.

Pœnitentia ante Baptisma a pœni-
tentiâ post Baptismum quinam dis-
ferat.

Quomodo certificemur de remis-
sione peccatorum.

De sacramento Ordinis.

Ordines in Ecclesia quot sint, quæ-
que eorum officia.

De sacramento Matrimonij.

Regulæ de gradibus consanguini-
tatis & affinitatis.

Arbores duæ eiusmodi graduum.

De impedimento cognationis spi-
ritualis.

Coniugium publice proponen-
dum.

De sacramento Extremæ unctionis;

*ELENCHVS CON-
tentorum Isagoges.*

CAnon Ecclesiasticus librorum
ueteris & noui Testamenti.

Summa scripturæ uniuersæ libro-
rum ueteris & noui Testamenti.

Ecclesiam Catholicam solam intel-
ligere Biblia.

Testamenti ueteris & noui conue-
nientia.

Testamenti ueteris & noui discris-
men.

Testamenti noui libertas quæ sit.

Testamentum nouum tribus con-
stare:

Doctrina.

Sacramentis.

Disciplina.

Doctrinae noui Testamenti sum-
ma.

III. Virtutes Theologicae, circa quas
tota doctrina pietatis uersatur.

Charitatem se possidere uti quis co-
gnoscat.

III. Virtutes Officiales, quae & Car-
dinales.

VII. Dona Spiritus sancti.

VIII. Beatitudines.

III. Opera quibus litatur & place-
tur Deo.

VII. Opa misericordiae corporalis.

VII. Opa misericordiae spiritualis.

III. Consilia Evangelica.

Peccati natura, genera, fontes & pro-
pagines.

Peccatorum genera duo.

Originale peccatum quid sit.

Peccatum Actuale quid sit.

Peccatum Actuale duplex.

Peccatum Actuale rursus duplex.

Origo omnis peccati Actualis quæ.

VII. Peccata capitalia, quæ.

VII. Virtutes capitales his vicijs
contrariæ.

IX. Modi communicandi Pecca-
tis alienis.

Peccatum in spiritum sanctum
quod.

VI. Peccati in spiritum sanctum
species.

V. Sensus exteriores per quos pec-
cata hauriuntur.

Iustificatio quid sit.

Iustificatio Primaria quæ.

Iustificatio Secundaria quæ.

De tertia specie Iustificationis.

Merita quomodo comparentur, &
quid ea in re libero arbitrio tribu-
endum sit.

157
Angelorum ordines nouem qui.
Angelorum ordines ueneratur &
colit Ecclesia triplicem ob cau-
sam.

Sanctos honorat eorumq; festa ce-
lebrat Ecclesia triplicem ob cau-
sam.

Cultus Dei, & cultus Sanctorum,
Angelorum & hominum quomo-
do differant.

Inuocatio Sanctorum qualis in Ec-
clesia.

Ecclesia ut se colligat ad orationem,
laudes diuinas & gratiarum actio-
nes.

Ecclesia uti pro fidelibus defunctis
sacrificia offerat, eleemosynas largi-
giatur & oret.

Purgatorium ignem esse diffiniuit
Ecclesia ex scripturis.

Nouissima hominis quatuor quæ.

DE Cæremonijs, ritibus & mori-
bus Ecclesiæ catholicæ.

Cæremonias, ritus & mores per Ecclesiam catholicam traditos seu receptos ex autoritate Apostolica observandos.

Ieiunia indicta religiose observat Ecclesia.

Quadragesimale ieiunium propter octo præcipue causas institutum.
De abstinentia a carnibus tempore ieiuniorum.

Cæremonijs cur utatur Ecclesia.

Sacramentalium & aliarum Cæremoniarum ratio.

De Cæremonijs ad Baptismum pertinentibus.

De Cæremonijs ad cõfirmationem.

De Cæremonijs ad Eucharistiam & Missæ sacrum.

De Cæremonijs ad sacramentum penitentia.

De Cæremonijs ad sacramentum
Ordinis.

De Cæremonijs ad sacramentū Ma-
trimoniij.

De Cæremonijs ad sacramētum ex-
tremæ unctiōnis pertinentibus.

De Cæremonijs communibus.

DE disciplina Ecclesiastica.

Clavis Ecclesiastica duplex.

Ordinem Hierarchicum in Ecclesia,
ad disciplinam conseruandam esse
necessarium.

Primum S. Petri esse iuris diuini.

Disciplina quid sit.

Disciplinam clauē iurisdictionis ex-
erceri & regi.

Jurisdictionis Ecclesiastica quæ nam
complectatur.

De Synodis.

Synodorum uariæ species.

De Visitatione.

De reconciliatione publice poenitentium.

A quibus abstinere oportet in poenitentia publica positos, & postea quoq; a reconciliatione.

Publica poenitentia non onerari clericos, sed priuata secessione.

Clerici post peractam poenitentiam quatenus instaurari possint.

De excommunicatione.

De absolute seu reconciliatione eorum qui poenitentiam egerunt.

De uitandis & excommunicandis manifestis hæreticis & schismaticis.

Vigilandum ne irrepant hæretici.

ERRATA sic corrigito, passim inuenies (q̄)
pro (quod) & (q̄) pro (quam) Facie 33 linea 14. in
margine, Matt 6. fa. 50 li. 8 suspicatur. fa. 60. li.
12. *λατῆρα*. fa. 61. li. 13 & mortiferum. fa. 86. li. 11.
detractionis. fa. 100. lin. 11. qua. fa. 107. lin 8. o-
culis. fa. 108. li. 19. Zachariam. fa. 126 li. 1. contra
carnem. fa. 143 li. 1. in margine, transubstantia-
tio. fa. 149. lin. 11. qua in re. fa. 192. li. 8. coione.
fa. 193. li 5. abscedite. fa. 165. in margine, Mileui-
tano. fa. 191. li. 7. Cantica. fa. 305. li. 1. ei q̄ inito.
fa. 33 li. 18. sentiremus. fac. 343. lin. 20. saluatoris.
fa. 353 li 21. quæ. fa. 355 li. 14 operetur. fa. 358. li.
7. & spiritū liberauit. fa. 361 li. 9 pellit. fa. 364.
li 8. soluti. fa. 367 li. 18 caput in Cenchreis. fac.
393 li 21 hoīm. fa. 403 li. 5. 6. hoīm. fa. 405. in fi-
ne paginae, deest totus versus nempe:
Sanctæ Eleemosynæ q̄ p̄ces, mō hypocrisis absit.
fa. 406. li. 3. Corporalis. fa. 407. li. 16. & pauim⁹
fa. 417 li. 5. subleuabis eū &c. quod huc. fa. 421.
li. 5. Man⁹. fa. 424 li 3 rapiunt illud. fa. 436 in
margine, Animæ. fa. 439 li. 16 subiectæ. fa. 443.
li. vltima, experiamur in nobis quales. fa. 446. li.
14. delectatione. fa. 451. li. 2 & inconstantia e⁹ cō-
cupiscentia. fa. 458 li. 1 dirigatur. fa. 462 lin 8.
sub lege id est, lex. fa. 463. li. 17 affectu. fa. 473.
li. 5. Cœnodoxia ibidem 8. Cœnodoxiā. fa. 489.
li 8. occiderunt. fa. 491. li. 7. crucifige. fa. 501. li.
14. deducentem. fa. 502. li. 4. ne, ibidem li. vlt. ob.
fa. 518. li. 4. merear. fa. 518 lin. 10. scelere, ibidem
19. obruti, ibidem li. 5 vnitatem, fa. 519. li. 10. vir-
tutes q̄, fa. 524. li. 14. modicum ibi, fa. 528. lin. 4.
peruenerunt. fa. 534. li. 12. 2. Timo. 4. lin. 13. auer-
rent

tenr li. 14. conuertentur. fa. 542. li. 14. perhiben-
tem. fa. 551. li. 1. quem. fa. 557. li. 3. accepit. fa. 575
li. 19. occurram. fa. 578. li. 13. nemo. fa. 586. lin. 8.
Similiter q̄ compugnent. fa. 599. li. 14. alter. fa.
612. li. 14. tuam. fa. 618. li. 19. sicut. fa. 622. li. 10. Be-
tici. fa. 629. li. 11. remittantur. fa. 638. li. 3. retine-
re. fa. 648. li. 1. sciant. ibidem li. 20. utroq̄. fa. 655. li.
20. Posthæc. fa. 659. li. 17. Euangelicæ. fa. 667. l.
12. Corporale. ibidem 19. concinitur. fa. 668. lin.
4. nescit. fa. 672. in margine. explicatis. fa. 673.
in margine. distinct. i. fa. 673. li. vlt. hominis. fa.
682. li. 9. sui Episcopi. fa. 689. in margine. Thoro
fa. 706. li. 6. sine. fa. 730. li. 14. Synodos. fa. 735. li.
20. uero. fa. 745. l. 7. dicebat. fa. 795. l. 8. cōmone-
bo. fa. 795. l. 18. hanc. fa. 829. in margine. sensim.
fa. 839. li. 17. fores. fa. 847. li. 1. orbis. fa. 859. l. 13.
quem.

Offendes lector optime festinatio-
ne Typographi, hanc primã æditi-
onẽ ad proximum mercatũ urgen-
tis, p̄ter hasce mendas, errorẽ quoq̄
admissum esse in numero paginis
adscripto, quẽ tñ (q̄ in præsentia
mutari nõ potuerit) in corrigendis
erratis te sequi fuerit necesse. Cæte-
ras mendas, si quæ occurrãt, pro tua
industria corrigit.

CATHOLICA
et Apostolica
LICAE FIDEI
Symbolum.

Prima pars de Creatione.

Credo in Deū, Patrem om̃i
potentem, Creatorem coeli
& terræ.

1
S. Petrus

Secūda de Redemptione.

ET in Iesum Christum, filium
eius unicum, Dominū nostrū.

2
S. Andre
as.

3 Qui conceptus est de Spiritu
sancto, natus ex Maria uirgine.

S. Iacob
maior.

4 Passus sub Poncio Pilato, cru
cifixus, mortuus, & sepultus.

S. Ioānes

IN SYMBOLVM

- S. Tho-
mas. 5 Descendit ad inferna. Tertia
die resurrexit a mortuis.
- S. Iacobus
minor. 6 Ascēdit ad cœlos, sedet ad dex-
teram Dei patris omnipotentis.
- S. Philip-
pus. 7 Inde venturus est iudicare vi-
uos & mortuos.

Tertia de Sanctificatione.

- S. Bartho-
lomeus. 8
Credo in Spiritum sanctum.
- S. Matthe-
us. 9 Sanctam Ecclesiam Ca-
tholicam, Sanctorū cōmunionem.
- S. Simon
Cananeus 10 Remissionem peccatorum.
- S. Iudas
Thadæus. 11 Carnis resurrectionem.
- S. Matthi-
as. 12 Et vitam æternam.

AMEN.

EXPOSITIO SYMBOLI.



CREDO IN Deum. Abrenūtio Sātanae, & omnibus pōpis & opibus eius, & Credo unum verum esse Deum, spiritum æternum & immensum, qui oculis corporeis uideri non potest, nec ullo intellectu comprehendi uel explicari. Nec hoc tantum, sed & huic uni Deo credo, uerissima credens quæcunque ille in sacris suis scripturis & oraculis tradidit & reuelauit. Imo in ipsum quoque **DEVM** credo, hoc est, omnem fiduciam & spem meam, ex affectu dilectionis (quo in eum tendo) in eo repono & colloco.

Augu. de symbolo ad cathelicum lib. 3

Triples credendi ratio.

1. Credere deū eē.

Iohann. 4

1. Tim. 6

2. Deo.

Iohann. 5

3. In Deū.

Aug. tractat. 29 in Iohannē,

IN SYMBOLVM

Sctā Tri-
nitas vnus
Deus.

Credo inquam, hunc Deum unū
esse in substantia, trinū uero in per-
sonis: Patrem, & Filium, & Spiritū
sanctum.

Cur pri-
mā personā
uocemus
Patrē.

PATREM OMNIPOT-
entem, Creatorē cœli & terræ.

I
Iohā. I
2.
Ephesi. 3
Colloff. I
3.
Ephesi. I.

PATREM, qui ab æterno fu-
lium genuit sibi consubstantia-
lem, coæternū, & in Deitate æqua-
lem. Ex quo & omnis paternitas in
cœlis & in terra nominatur. Qui &
prædestinauit nos, & gratuita bene-
uolentia sua fecit nos filios suos ado-
ptiuos, per unicum illum & natu-
ralem filium suum, iuxta beneplaci-
tum uoluntatis suæ, ut laudetur a
nobis gloriæ gratiæ suæ, quā nobis
communicat per spiritum sanctum
suū, in quo clamamus: Abba pater.

Roman. 8
Galata. 4

Credo inquam in Patrem OM-
nipo

APOSTOLICVM.

NIPOTENTEM CREA
 TOR EM COELI ET
 TERRAE, ut qui per eundē fi
 lium suum uerbum coæternum si
 bi, cooperāte Spiritus sancto (qui ex
 utroq; procedit) sua omnipotētia,
 qua quaecunq; uult potest, tantū ob
 suam ineffabilem bonitatem decla
 randam (ipse nullius rei indigus) ex
 nihilo creauit cœlum & terram, &
 omnia quaecunq; cœlo terraq; con
 tinentur, uisibilia & inuisibilia. Et
 inter alias suas creaturas me quoq;
 ex corpore & animo constantē ho
 minem condidit, quem cum exte
 rioribus interioribusq; sensibus, tū
 intellectus seu rationis & uolunta
 tis uiribus mirifice donauit & deco
 rauit.

Genesis 1

Iohan. 15

Psal. 134

Creatio.

Psal. 145

Genesis 1

Iob. 10

Eccl. 15

Cōserua

tio.

6 IN SYMBOLVM

Cōserua
tio.

Psal. 103

Matt. 6

Matt. 18

Hebr. 1

Roma. 8.

regere & gubernare uniuersa: meq;
quem creauit, sua gratuita bonitate
seruare, & per angelos suos bonos
custodire. imo uniuersas creaturas,
modo tamen fideliter ei inseruam,
in ministerium mihi addicere.

Matth. 6

Credo deniq; illum, omnis boni
autorem, largiri omnia quæcunq;
sunt bona, quibus & corpore & ani
mo opus est, eademq; mihi affatim,
& quantum sufficit, suppeditare, &
ut potest, ita & uelle nunc & in per
petuum benefacere. Vnde quoque
me totum, mea que, illi, a quo acces
pi, omnia, uicissim dedico & conse
cro, suæq; Diuinæ uoluntati permit
to, sciēs me in manu ei⁹ esse, & ab eo
si fidelis p̄māsero, siue uiuā, siue mo
riar, in regnū suū cœleste in æternū
seruādū: sine cui⁹ uolūtate ne capill⁹
qdē de capite meo cadere potest.

Matth. 10

Roma. 13

ET IN IESVM CHRISTVM &c.

Credo ET IN Iesum Chris-
 stū, secūdā ī deitate p̄sonā, q̄ ex
 duab⁹ naturis cōstās, diuīa uer⁹ & hu *Ioh 4. 1*
 mana, secūdū diuinā uer⁹ ē cū patre
 Deus, ab æterno genit⁹ a patre, De⁹
 de Deo, lumē de lumīe, Deus uer⁹ de
 Deo uero: p̄ quē ut creata sunt oīa,
 ita instaurāt uniuersa. uocatū ab an *Ephesi. 1*
 gelo, p̄ usq̄ secūdū humanā naturā *Matth. 1*
 in utero cōciperet IESVM, id est, *Luce. 2*
 saluatorē, q̄ ipse saluū faciat populū *Matth. 1*
 suū a p̄cātis eorū. Quē & credo CHRIS-
 TVM, seu Messīā illū esse, antiq̄s pa-
 tribus a sc̄lis repromissum: & Chris-
 stū seu Messīā uocatū, eo q̄ De⁹ p̄-
 ter eū sc̄d̄m humanā naturā assum- *Psal. 44*
 ptā, unxerit spū sc̄tō suo, dato ei nō *Esai. 61*
 ad certū modū uel mēsurā spū, sed *Iohan. 3*
 tota spūs plenitudīe ī eū effusa, de q̄ *Iohan. 1*
 oēs nos accipere oportet p̄ eū. siquē ī-
 psū agnoscim⁹, credim⁹ & scim⁹ eē

IN SYMBOLVM

FILIVM EIVS VNICVM

Filius natura.

Ephesi. I

Colloff. I

Hebr. I

Nos adoptione.

Ephesi. 2

Ephesi. I

Hebr. II

hoc est natura filium: cum nos sola gratuita adoptione filij Dei in illo facti simus, qui natura fuimus filij iræ.

Credo inquã in hunc unicum filium, per quem facta sunt omnia, & per quem omnia instaurantur & cõsistunt: Quem & DOMINVM NOSTRVM uoco: non modo ratione Deitatis, ut est Dominus omnium creaturarũ: sed & quod homo factus, nos perditos, a peccati, mortis & diaboli tyrannide, mirabili consilio redemerit, & sibi acquirit: non auro quidem uel argẽto, sed pretioso sanguine suo, pro nostris & totius mundi peccatis innocenter effuso. Etenim ipse est QUI propter nos homines, & propter nostram salutem, nostri misertus (uis

delicet.

I. Petri I

Hebr. 9

I. Iohã. I

APOSTOLICVM.

delicet q̄ in peccato Originali, hoc est, in carentia originalis iustitiæ cū carnali concupiscentia, per Adæ primi parētis nostri delictum, in nos ppagato, nascimur, & nati in om̄e malum, donec in ipso per aquam & spiritum regeneremur, proni, atq; adeo serui peccati, & proinde æternæ morti addicti sumus) descendit de cœlis: nō locali loci mutatione, sed ineffabilis suæ gratiæ & charitatis in nos exhibitione, & manens quod erat, assumpta humana natura, homo factus est, ut nos in se credentes, filios Dei redderet: & CONCEPTVS EST DE SPIRITV SANCTO, sine concupiscentia, ut nobis de eodem spiritu impartiret, quo ex carnalibus spiritalis effectos, & ex peccati seruitute in libertatem gloriæ filiorū Dei re-

Petr̄m Originalē.

Libertas arbitrij ad malū añ regnātionē, & post ad bonum.

Redemptio.

Ioh̄an. 3

Philip. 2

Ioh̄an. 1

Ioh̄an. 3

Roman. 8

Ephesi. 2

APOSTOLICVM.

delicet q̄ in peccato Originali, hoc est, in carentia originalis iustitiæ cū carnali concupiscentia, per Adæ primi parētis nostri delictum, in nos ppagato, nascimur, & nati in om̄e malum, donec in ipso per aquam & spiritum regeneremur, proni, atq; adeo serui peccati, & proinde æternæ morti addicti sumus) descendit de cœlis: nō locali loci mutatione, sed ineffabilis suæ gratiæ & charitatis in nos exhibitione, & manens quod erat, assumpta humana natura, homo factus est, ut nos in se credentes, filios Dei redderet: & CONCEPTVS EST DE SPIRITV SANCTO, sine concupiscentia, ut nobis de eodem spiritu impartiret, quo ex carnalibus spiritalis effectos, & ex peccati seruitute in libertatem gloriæ filiorū Dei re-

Petr̄m Originalē.

Libertas arbitrii ad malū añ regnātionē, & post ad bonum.

Redemptio.

Iohan. 3

Philip. 2

Iohan. 1

Iohan. 3

Roman. 8

Ephesi. 2

2. Tim. 3 stitutos, ad omne opus bonum aptos
 paratos faceret & instructos. &
 Luce. 2 NATVS EX MARIA
 Rom. 1. 1 VIRGINE omnium purissima,
 Galat. 4 sumpta carne ex eiusdem Virginis
 Hebr. 7 purissimis sanguinibus, ut nobis fu-
 eret apud Patrem impollutus Pon-
 tificex, qui pro nostris & totius mun-
 di peccatis satisfacere, & nostras for-
 des sua sanctissima puritate abluere
 posset.

Abolitio
 pcti per
 mortem
 Christi.
 Roma. 5 PASSVS SVB PONTIO
 PILATO, CRVCIFIXVS,
 MORTVVS, ut ipse pro omni-
 bus nobis (qui ob primi parentis no-
 stri delictum in nos deriuatum, sce-
 leraq; nostra propria postea addita,
 aeternae morti obnoxij eram?) mor-
 tuus, mortem aeternam aboleret, dele-
 to per hanc satisfactionem suam (grati-
 ssimum Patri sacrificium) chyro-
 gra

grapho mortis, per Adam debito^s Colloſſ. 2
 rem in nos hæreditaria ſucceſſione
 tranſmiſſo: quod cum eſſet contra
 rium nobis, ipſe, nihil debens, ſed
 quod nos debebamus, innocent i
 morte perſoluens, e medio ſuſtulit,
 affigens illud cruci, quando uideli^s
 cet ſui ſanctiſſimi ſanguinis effuſio^s
 ne, quem in ablutionem peccator^u
 propheta effundendum prædixe^s
 rant, ſe illud deleuiſſe declarauit.

ET SEPVLTVS EST, ut ſe
 ueremortuum fuiſſe pro nobis o^s
 ſtenderet, & ut nos gratia & imitati^s
 one eius, per fidẽ ſpiritualiter cum
 illo ſepeliremur, in mortem ueteris ROMAN. 6
 hominis, quo per ſpiritum eius re^s
 generati, cum eo in nouitatem ui^s
 tæ conſurgeremus, quod immerſio
 & reductio ex aqua in Baptiſmate
 ſignificat.

Qui & in anima, corpore in sepulchro in tertium usq; diem relicto,
2. Petri. 3 **DESCENDIT AD INFERNA.** Nō ut illic aliquid pateretur, sed ut solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo, spiritus piorum patrum, qui in eius aduentum crediderunt, liberaret, captiuitatemq; captiuam duceret, & de diabolo potētissime triumpharet: quem sane triumphum, multorum sanctorum patrum, qui dormierāt, resurrectione & apparitione in sancta ciuitate post resurrectionem suam, apertissime demonstrauit. **TER TIA DIE RESVRREXIT A MORTUIS,** propter iustificationem nostram: ut qui credimus eū pro peccatis nostris mortuum, & deuicta morte, inferno & diabolo, rediui-
 uū,

uum, & amodo non esse motitur, Iustifica-
 hac fide in spem uiuā regeneremur, remissōe
 & accepto quo ille resuscitatus est pētōne, q̄
 Spiritu sancto, etiam nos in nouita accipitur
 tem uitæ transformemur, & ita ad fide & in
 epta remissione peccatorū nostrorū, nouatiōe
 per fidem, & innouatione interior mētis per
 ris hominis per charitatem, per eun charitat.
 dem Spiritum in corda nostra diffu Rom. 5. 6
 sam, iustificemur, ut nō pereamus, I. Cori. 6
 sed ut in illo uincentes peccatum, Galat. 4
 mortem, infernum & diabolum, ui
 tam æternam cum eo habeamus. Iohann. 3

ASCENDITq; non secundum
 Deitatem, qua, dum nobiscum con Iohan. 3
 uersaretur in terris, nihilominus er
 rat in cœlis; sed secundum humani Act. 1
 tatem assumptam. Ascendit autem
 propria uirtute, AD COELOS, Ephe. 4
 pro nobis præcursor factus, ut nos Hebr. 6
 certos faceret, si radicati in charita Hebr. 3

te, confessionē Fidei & Spei nostræ,
 qua membra eius effecti sumus, fir-
 mam tenuerimus, eo quoq; nos, uir-
 tute spiritus eius peruētuos & sub-
 leuandos, quo ille præcessit. **S E-**
MATT. 26 **DET**q; **AD DEXTERAM**
DEI PATRIS OMNIPO-
HEBR. 1 **TENTIS**, hoc est, Patri æqualis
MATT. 28 pariq; cum Patre potentia uniuersa
 gubernat, & cōstitutus super omnia,
1. IOHAN. 2 factus est nobis perpetuus Aduoca-
 tus apud Patrem, semper interpel-
ROMAN. 8 lans pro nobis, & impetrans nobis
IOHAN. 14 omnia, quæcunq; in nomine eius,
IOHAN. 15 & secundum eius uoluntatem fide-
JACOBI 1.4 liter petierimus. Qui & post cōple-
 tum numerꝝ electorꝝ, tempore des-
ACTOR. 1 tinato, in ea forma qua ascendit,
MATT. 25 **INDE VENTVRVS** & redi-
 turus **EST** in maiestate magna,
 cum omnibus angelis suis, **I V D I**

CAR E omnes homines, tam eos
 quos tum adhuc VIVOS reperere
 rit, quam ab origine mundi defun- *I. Theff. 4*
 ctos ET MORTVOS:
 sed suæ uocis uirtute & potentia in
 momento resuscitandos. daturus *Iohan. 5*
 his qui bona egerunt uitam æter-
 nam: qui uero mala, ignem æternū.

CREDO IN SPIRITVM
 sanctum &c.

CREDO similiter IN SPL
 CRITVM SANCTVM, *Iohan. 19*
 Deum, tertiam in Deitate personā,
 ex Patre & Filio procedentē, & Pa-
 tri Filioq; coæqualem: qui uiuificat
 & Sanctificat omnia, & extra quem *Sanctifi-*
 sanctum est nihil, unde spiritus san- *catio.*
 ctus appellatur: quo inspirāte locu- *Psal. 109*
 tisunt pphetæ & sancti Dei hoīes. *K. Petri 2*
3. Petri 3
 Qui

Qui & Ecclesiam suo beneficio
Luc. ultio S A N C T A M, non in angulo ali
 quo mundi, sed in toto terrarum orbe
 diffusam, per Euangelium in unitate
Ephesi. 2 tem fidei (quæ suum donum est) cō
 gregauit, & quotidie colligit & con
 gregat, purificando, illuminando &
Tresacto sanctificando, perficiendoq; corda
Hierz- omniū, qui undiquaq; in hanc su
chici. am cooptantur E C C L E S I A M
 C A T H O L I C A M, id est, uniuersalem:
 quæ Catholica ob id dicitur,
 ut ab hæreticorum latibulis, & schis
Ephesi. 4 maticorum conuenticulis, quæ spiritu
 falsitatis rotantur, discernatur:
1. Tim. 3 cum ipsa sit columna & firmamentū
Iohan. 14 ueritatis, propter spiritum ueritatis
 eam inhabitantem, & nunquam
 deserentē. quæ ex Uniuersitate, Antiquitate
 & Consensione doctrinae
 & Traditionis agnoscitur, ut ambi
 ge

Note Ec
 cleſiæ Ca
 tholicæ.
 Vincētius
 Lyrenſis.

gere non liceat eam esse Ecclesiam Catholicam, in qua fides & religio traditur, quæ per uniuersum terrarum orbem sparsa est, quam & sanctos patres & maiores nostros antiquitus celebrasse manifestum est, quæ denique omnium, uel pene omnium Sacerdotum & Magistrorum consensio & diffinitio firmavit. Hanc alio nomine SANCTORVM COMMVNIONEM appello, quod sit societas omnium piorum hominum, inde ab initio mundi in unum mysticum corpus, sub uno capite Christo, per Spiritum sanctum arctissima coniunctione, in uinculo charitatis & pacis conglutinata. In qua est talis omnium bonorum communio, ut credam omnium sanctorum bona opera & merita, mihi (dum uiuum eius membrum existo) subuenire, meque

1. *Walter suas*

2. *Antiquitas*

3. *Consensio*

Eph. 4. 5

Merita sanctorum a -
 pud Deum
 uiuentium,
 nobis communia.

I. Petri 2

defendere, iuuare & cōseruare. Ceterum, extra hanc, ueluti extra corpus Christi mysticū, ne propria quæ dē bñfacta, quamlibet in speciē eximia, cōducere cuiq̃ posse ad salutē.

*Actor. 2
Matth. 16*

In qua quoq; sola credo esse **R EMISSIONEM PECCATORVM**, quæ accipitur fide, per Baptismi & Pœnitentiæ, aliaq; Sacramenta ad hoc instituta. Credo quoque

Iohan. 5

CARNIS RESURRECTIONEM, hoc est, q̃ in nouissimo die omnes homines qui fuerunt ab initio mundi, quiq; erūt usq; ad finem, audient uocē filij Dei, & omnes qui in monumentis sunt, uirtute & potentia Spiritus sancti, cum corporibus suis resurgent, reddaturi singuli de factis suis rationē: & procedent qui bona fecerunt in

resurrectionem uitæ, hoc est, ad hæ-
reditatem immortalis & longe bea-
tissimæ uitæ: qui uero male egerūt,
in resurrectionem iudicij, nempe ad
æternæ mortis cruciatus, & gehēnæ
ignis supplicia. Omnes enim mani-
festari oportet ante tribunal Chris-
ti, ut referat unusquisque propria
corporis, prout gessit, siue bonum,
siue malum. Credo denique **V I-
TAM AETERNAM**, qua
beneficio Dei Patris, & Filij, & Spi-
ritus sancti, fruuntur omnes electi
& pñ, qui exuscitati rapiētur in nu-
bibus obuiam Domino in æra, &
sic semper cum Domino erunt, in
sempiterna felicitate & beatitudi-
ne uicturi, quæ sita est in perpetua
uisione & fruitione summi Boni.

I. Cori. 5

Matt. 25

I. Thess. 4

Psalm. 18

B ij Quæ

IN SYMBOLVM

Quæ profecto quanta sit, quæ gloriosa, quæ
plena gaudiorum, & eorum bonorum quæ
2. Cori. 2 Deus diligentibus se præparauit, nec
oculus uidit, nec auris audiuit, nec
in cor hominis ascendit: cuius quo-
que per gratiã Dei & saluatoris no-
stri Iesu Christi, cui per hanc fidẽ in-
Ephesi. 3 situs sum, me participẽ fore credo.

AMEN,

Hæc omnia cum uerissima esse
persuasus sim, idcirco dico
Amen. quæ est uox ser-
monem confirmãtis, &
ratum fore precan-
tis, ueluti si dis-
cam: Ita certo
fiet.

Symbon

SYMBOLVM APOSTO
licum, uersibus comprahensum.



ST Pater omnipotēs Deus, in quē
credimus omnes.

Factorē cœli, terræq; marisq; pa
rentis.

Inque unum patris gnatum, qui est
CHRISTVS IESVS.

Hic Dominus uoster, conceptus numine sancti
Pneumatis, & natus Maria de uirgine pura
Sponte sua passus sub Præsidiē dira Pilato.
Inde cruci affixus, dein mortuus atq; sepultus.
Tertia lux oritur sed dum uirtute resurgit
Et tumulo propria, cœlos ascendit, ibique
Ad dexteram residet Genitoris cunctipotentis.
Inde que uenturus iudex ter maximus orbis.
Quum ius de sanctis dicet uiuisque seuerum.
Credimus in sancti Numen quoq; Pneumatis, & quē
Constitutū uerbo cognoscimus undiq; sparsam
Ecclesiam sanctam, queque est communio sancta.
Quodque remittentur conuersis crimina cuncta.
Corpora q; surgent, uitam uictura perennem.
Certius hoc certo credentes dicimus

AMEN.

■ iij Oratio

31
ORATIO
Dominica.

- P**ater noster, qui es in caelis.
1 Sanctificetur nomē tuū.
2 Adueniat regnum tuū.
3 Fiat uoluntas tua, sicut in caelo
& in terra.
4 Panem nostrum quotidianū da
nobis hodie.
5 Et dimitte nobis debita nostra,
sicut & nos dimittimus debi-
toribus nostris.
6 Et ne nos inducas in tentationē.
7 Sed libera nos a malo.

AMEN.

Expositio Orationis Dominicae.

PATER.



Clementissime P A
T E R, q̄ p̄ filiū tuū
unigenitū nos mise
ros Adæ filios, ex car
ne peccatrice in ira
tua natos, in filios a

Roma. 5
Ephe. 1. 3

optionis gratuita bonitate coopta
sti, & Sp̄m̄ sc̄m̄ tuū in corda nostra
dedisti, in quo fidenter clamamus,
Abba pater: certo & uere credētes,
q̄ nos affectu paterno respicias.

Roman. 8
Galat. 4

Qui es N O S T E R, hoc est, om̄iū
nostrum qui in te credimus, cōmun
nis pater. Qui per dilectum Filium
tuum, in quo nos fratres esse cogno
scimus, q̄ est caput nostrū, cōmunē
hāc orationē (quā ad te sedulo fun
damus) dignatus es docere, & simul
polliceri, te q̄cūq; in noīe ei⁹ & sc̄d̄m
hāc formā ab eo p̄scriptā, in orōne
credētes pie petierim⁹, nos acceptu

Malac. 2
Matt. 25

Matt. 23
25. & 28
Colloff. 1

Matth. 6
& 21

Ioban. 14

Marci. 11

B n̄j ros. Qui

24 IN ORATIONEM

QUI ES IN COELIS.

Psalm. 113

Psalm. 103

Psalm. 115

2. Para. 6

1. Tim. 6

Iohann. 1

Iohann. 15

Matth. 6

4. peritur

Qui cœli terræq; Conditor, licet
 ubiq; sis essentia, præsentia & poten-
 tia, omnia implens, inspiciens, regēs,
 gubernans, uegetans & conseruans,
 præcipue tamen in cœlis æternā ma-
 iestatem diuinitatis tuæ declaras:
 quem alioqui cœli cœlorū non capi-
 unt, quem oculis corporeis uidere
 nemo potest, & quem ne angeli qui-
 dem comprehendere possunt. Nos
 de tua bona & paterna uoluntate p-
 filium tuum certificati, uere sentien-
 tes semper egere nos diuina tua gra-
 tia, qua nobis & æterna & temporæ-
 lia beneficia, tam corporis q̄ animæ
 suppeditentur, te suppliciter inuo-
 cantes, exoramus:

SANCTIFICETVR NO-
 MEN TVVM.

Da itaq; initio sancte Pater, ut no-
 men

mē tuū glosū & admirabile sc̄tifi-
 cetur, hoc ē, glorificetur & celebret̄
 toto terrarū orbe. Illumina omnes
 gentes, ut cognoscant te solum esse
 verū Deum, & quem misisti Iesum
 Christum, ut abrenunciantes Sata-
 næ, & omnibus eius operibus, te so-
 lum verū Deum timeant, te reuereā-
 tur, tibi fidant, te diligant. Et in pri-
 mis, ut nos credentes, omnia qua-
 cunq; cogitam⁹, dicimus & facim⁹,
 in nominis tui gloriam faciamus, p̄
 filium tuum tibi gratias agētes: ut
 que p̄ uitæ nostræ innocentiam &
 sanctimoniam, nomen sanctum tu-
 um, quod in Baptismo inuocatum
 est super nos, ab omnibus hominib;
 bus sanctificetur, glorificeturq;. De-
 niq; ut destructis hæresibus, errori-
 bus & impietatibus uniuersis, do-
 ctina tua cœlestis, in concordia cas-

Ecccl. 36

Iohan. 17

Matth. 4

Marci. 12

1

2

Colloſſ. 2

3

Matth. 9

Mar. ult.

4

Rom. 10

36 IN ORATIONEM

tholicæ professionis & ueritatis, ubi
biq; obtineat & effulgeat.

ADVENIAT REGNUM
tuum.

Iohan. 12 Et cum Satan princeps mundi huius
24.16
Ephesi. 2 ius, suæ tyrannidi subactos teneat
impios, & insidietur pijs, quos tan-
1. Petri. 5 quã leo rugiens circuit, quærēs quē
2. petūtur. deuoret. Oramus te, ut cuius regnū

1 Potētiae, quo dominaris omnium,
Regnum æternum & ubiq; est, in nos (quos
Dei tri- regno Satanæ eripuisti) regnū Gra-
plex. tia & misericordiae tuæ uenire con-
Potentie. cedas, ut in animis nostris tu solus
Psal. 102 regnes & imperes, eiectis inde car-
Gratie. nis & mundi concupiscentijs & Sa-
tanae p̄stigijs, ut tu solus nos regas,

Psal. 118 gubernes ac ducas, ne alicubi erre-
mus, impingamus & labamur, ut
tuo ductu & gubernatione, tãdem
ab huiusmodi carnis ergastulo abso-
luti

Gloriæ.

Iuti, ex regno gratiæ ad regnū Glo-
riæ tuæ, regnum summæ tranquilli-
tatis, & omnium gaudiorū plenū,
perducamur.

FIAT VOLUNTAS TVA,
sicut in cœlo & in terra.

Tria petū-
tur.

Matt. 18

O Pater cœlestis, quæadmodū uo-
luntas tua in angelis & cœlestibus ci-
uibus tibi semper assistentibus, &
faciem tuam intuentibus, adimple-
tur, qui tibi unanimes in regno tuo
seruiunt, & uoluntati tuæ perfecte
obsequuntur: ita præsta, ut & tua uo-
luntas in terra fiat. Ut nos qui terrā
incolimus, in regno tuo quod inter
nos est, tanquā obediētes filiī, illorū
imitatione, uoluntati tuæ (quæ in
tuorum præceptorum obseruatio-
nibus sita & sp̄ bona est, quā nostra uolūtas
dum

Luce. 17

Iohan. 14

Matt. 5

Genes. 6 dum tuæ non conformatur, mala
Matt. 7 sit, & in malum procliuis.)lubentes
 2 obtemperemus. Vt exemplo dilecti
Math. 10 & filij tui Iesu, uoluntati tuæ usq;
Philip. 2 ad mortem obediētes simus, para-
 ti potius omnia pati, quam a tua san-
 cta uoluntate discedere. Vtq; omnia
 3 aduersa, quæ uel ob peccata nostra
Cur subij uindicanda & expianda, uel ad pro-
ciamur bationem nostram nobis clemens-
cruci. ter immittis, patienter feramus, ne-
 que fatigemur, dū abs te arguimur,
Hebr. 14 persuasi te diligere quos castigas, &
2. Tim. 3 flagellare omnem filium, quem reci-
 pis, & omnes qui uolunt pie uiuere
 in Christo filio tuo, crucem ferre, &
 aduersa pati oportere, ut tanq̃ aur-
2. Petri 1 um igne probati & defœcati, in
 regnū tuum purificati transfera-
 mur. Ne sine, o Pater, nos filij tui su-
Matt. 11 aue & leue iugū excutere, qui suos
Luc. 14 discipu-

discipulos esse posse negat eos, qui nolint crucem suam, post illum portare, & eum sequi, siue uiuendum siue moriendum sit. Qui corde non percipiunt, quod ille moritur⁹ discipulis suis inculcauit, dicens: In *Matt. 16* mundo pressuram habebitis, in me uero pacē. Et alibi: Qui uerbū meū audit, & credit ei qui misit me, *Iohan. 5* habet uitam æternā, & in iudicium non uenit, sed transiet a morte in uitam.

PANEM NOSTRVM

quotidianum da nobis

hodie.

O Pater cœlestis, in quo uiuimus, *Actor. 17*
 mouemur, & sumus, q̄ & alis & pas- *Psal. 105*
 cis uniuersa animātia, quæ sub cœ- *Petitor*
 lo sunt, da nobis filijs tuis, ad imagi *replex pa-*
 nē tuā cōditis, quotidianum & ne- *uis.*
 cessa-

1. Panis
naturalis
Prov. 30

Matth. 6

2. Panis
verbi dei
Matth. 4

Psal. 18
Iohan. 6
Psal. 1
3. panis ca-
ro Chri-
sti.
Matth. 6

cessarium panem, tam corporis quæ
animæ. Da nõ superflua, sed victui
nostro ad quotidianum usum ne-
cessaria, quæ vere a te diuinitus da-
ri, non humana sollicitudine uel in-
dustria parari uel obuenire senti-
mus, da (inquam) ut his sobrie refe-
cti, tibi quiete & tranquille seruiam-
us. & gratias pro collatis benefi-
cijs agamus. Et quia non in solo pa-
ne terrestri, sed in omni uerbo, quod
procedit de ore tuo, uiuit homo.
Da quoq; panem diuini & cœlestis
uerbi tui, quo reficias & pascas ani-
mam nostram, quæ sine eo prorsus
famelica est & contabescit. da nobis
hunc panem dulciorem super mel
& fauum operari, in hoc exerceri
& meditari die ac nocte. Da deniq;
nobis panem supersubstantialem,
carnem domini nostri Iesu Christi

filij tui, ut solida fide manducantes
 hunc panem de cœlo missum, dolci
 ter uidelicet recolēdo carnem eius
 in cruce pro nobis immolatam, &
 sanguinem eius in remissionem pec
 catorum nostrorum effusum esse,
 deinceps peccata uitantes, in eo ma
 neamus, & ipse in nobis, ut per eum
 in nobis manentem, uitam habeas
 mus æternam, sicut ipse dixit: Qui
 manducat hunc panem uiuit in æ
 ternum.

August.

ET DIMITTE NOBIS

debita nostra, sicut & nos di
 mittimus debitoribus
 nostris.

O benignissime pater, cuius mise
 ricordia non est numerus, qui non
 uis mortem peccatoris, sed ut con
 uertatur & uiuat. Oramus te, qui in
 multis

Ezech. 18

Duo pe-
tuntur.

Iacobi 2 multis deliquimus omnes, remitte
Peccatū nobis peccata & debita nostra, quæ
commissōis uel committendo in legem tuam,
Omissōis uel omittendo quæ nos facere do-
 cuisti, perpetravimus. Et nō intres
 in iudicium cum seruis tuis, quia
Psal. 143 non iustificabitur in conspectu tuo
 omnis uiuens. Si enim dixerimus
 quia peccatum non habemus, nos
1. Ioh. 2 ipsos seducimus, & ueritas in nobis
 non est. Si autem confessi fuerimus
 peccata nostra, fidelis & iust⁹ es, qui
 nobis peccata dimittas, modo &
 nos conseruis nostris sua delicta re-
 mittamus. Hanc enim uiam obti-
 nendæ remissionis filius tuus no-
Ibidem. bis ostendit. Ergo quia peccata no-
 stra confitemur, & scimus quia Ad-
 uocatum habemus apud te, Iesum
 Christum iustum, qui est propicia-
 tio pro peccatis nostris, nō pro nos-
 tris

fratris autem tantum, sed etiam p̄ totius mundi. Idcirco remitte quod peccauimus: siquidem & nos remittimus debitorib⁹ nostris. Et quod nos ea ex parte nondum perfecte p̄stamus, tu fac ut p̄stemus: ut ubi senserimus nos uere & ex aīo fratribus nostris sua delicta remisisse, hinc uelut ex signo depræhendam⁹ te quoq; nostris delictis ignouisse, uerbo promissionis filiī tui innixi, dicentis: Si dimiseritis hominibus peccata eorū, dimittet & uobis pater uester cœlestis delicta uestra.

Iohan. 6

ET NE NOS INDUCAS
in tentationem.

Licet o Pater cœlestis, nos e regno Satanæ in regnum dilectissimi filiī tui transtuleris, non tamen ab hostibus nostris, carne, mundo & diabo lo nos plane securos fecisti, imo tot

Colloff. 1

Hostes
Christiani
militis.

Iob. 7

Galat. 5

2. Cor. 10

1. Tim. 5

2. Tim. 2

3. Petri. 1

Ephesi. 6

2. Iohann. 2

Galata. 5

1. Cori. 10

tam nostram uitā militiam esse uoluiſti, qua cum illis perpetuo conſi-
geremus. Qui & per filium tuum Ie-
ſum, arma potentia Deo & uirtutē
nobis ſuppeditaſti, qua ſub ſignis eius
fideliter dimicantes, omniū ho-
ſtium noſtrorū uictores euadamus.
Precamur itaq; non ut non tente-
mur (militandū enim nobis eſt for-
titer contra aduerſarias poteſtates,
aduerſus mundi rectores tenebrarū
harū, contra ſpiritualia nequicię in
coeleſtibus, contra mundi fallacias,
& carnis illecebras, q̄ diu ſumus in
hoc corporis tabernaculo, in quo ca-
ro cōcupiſcit aduerſus ſp̄m, & ſp̄s
aduerſus carnē) ſed ne p̄mittas nos
induci in tentationē, ne ſinas nos
in tentatiōe ſuccūbere uel ſupari, ſed
ſac in tentatione prouentum.

Arma & muni nos pie pater tua ſp̄i

ri

Panoplia
militis
Christiani
Ephesi. 6.
I. Thess. 5

Baltheus

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

Loricar

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

titali armatura, ut possimus resistere in die malo, in tempore tentationis, & in omnibus perfecti stare, fac ut stemus immobiles, intrepidi & imperterriti, succincti lumbos baltheo uerae continentiae, atque adeo totius ueritatis, ut exosam habentes omnem falsitatem doctrinae, omnemque fucum & simulationem, & omne mendacium, ea tantum quae uera sunt sapiamus, & quae sincera sunt appetamus, ut mens, lingua & actio nostra nullatenus dissentiant, sed omni ex parte concordent: hanc enim ueritatem agnoscimus robur esse animorum nostrorum, ut non profuamur. Fac simus induiti lorica seu thoracem iustitiae, uitae innocenter erga omnes tractatae, habentes testimonium conscientiae nostrae, quod in simplicitate cordis & sinceritate dei conuersati sumus & conuerseremus, in hoc mundo, quae est gloria nostra.

Qcruz.

Fac ut incedamus calceati pedes in
 præparationem Euangelij pacis, ut
 scilicet bene communitis affectibus
 nostris, contra serpentinos morsus
 & terrenas coinquinationes, quibus
 illi (non secus ac nudi pedes a terra)
 foedantur, præparati inueniamur ad
 pergendum in euangelica tua doctri-

Luce. 11

na, qua sola in uiam pacis dirigimur,
 ut segura & pacata conscientia in te

Iohann. 16

uno, per dilectum filium tuum Ie-
 sum, quiescamus, & quantum in no-
 bis est, cum omnibus hominibus pa-

Roma. 12

cem habeamus: sic enim uia nostra
 impolluta erit & plana, nec impinge-
 mus grauitate. Fac præterea ut in om-

Scutum,

nibus sumamus scutum fidei, ut non in
 nostris uiribus, sed in te uno, & in
 potentia uirtutis tuæ, omnem nos-
 tram reponamus fiduciam, qua uel
 luti impertuso clypeo, & imperfor-

fora-

forabili umbone, omnia tela nequissimi ignea, nempe diffidentia & cupiditatum malax, quæ ille in nos eiaculari solet, sine nostra oblatione excipere, fortiter repellere, & confopito ardore, quæ in membris nostris concitare solet, extinguerere queamus.

Fac quoque ut galeam salutis assumamus **Galea,** spem videlicet & expectationem alterius uitæ, a te in cælo nobis, (modo tamen legitime decertauerimus) **Math. 25** paratæ, qua, quamlibet dura propter iustitiam patienter tolerare, omnesque ictus & plagas, quibus caput & uita nostra præiens petitur, proferre possimus. Fac denique ut alacriter **Gladius,** arripiamus & stringamus gladium spiritus, quod est uerbum tuum, quo per iugem & sedulam meditationem educto, fortiter feriamus, & incisionis capite, iugulemus & pro-

V. Petri 5

sternamus malignum. Ne sine o Pater, qui nosti quod sumus absque tuo munimine fragiles & imbecilles, & ad omnem casum faciles ac proclives, inermes nos in harenam, aduersus tam fallacem, feruunt & cruentum hostem descendere, uel hisce tuis temere proiecitis armis, oppugnationibus eius, quos tetat, ulla ex parte succumbere.

SED LIBERA NOS A
MALO.

Libera nos a malis presentibus, preteritis & futuris: & non modo ab his in quibus induci possumus, sed etiam in quibus inducti sumus. Libera inquam nos ab heresibus, schismatis, pestilentia, deinde fame & bello, ab hostibus uisibilibus & inuisibilibus, innumeris insidiis & insultibus. Breuiter, ab omnibus huius mundi & aeternis malis, ut his omnibus tua uirtute superatis, post hanc

tam miserā, uitā cōsequimur æternā,
in Chrō Iesu filio tuo Dño nostro.

QVIA TVVM EST RE-
GNVN, ET POTENTIA,
ET GEOR IA.

REGNVM inquā quo domi- I. Par. 29
naris omniū ET POTENTIA, Epheſi. 3

qua potens es facere oīa abundantī⁹
quā petimus aut intelligimus. ET

GLO R IA, quæ sola tibi, a quo Iacobi 1
omīa bona procedunt, debetur, IN
SECVLA SECVLOR VM.

AMEN.

Oratio Dominica cōprehensā uersibus.

O Pater in caelis residens mitissime noster,
Nomen ubique tuū uenerabile sanctificetur.

Adueniat regnumq; tuū per secula durans.

In terris uelut in caelo tua sancta uoluntas

Fiat. Da nobis panem tu quotidianum.

Debita nostra Paternobis quoque cuncta remitte.

Vt nos qui debent nobis dimittimus ultro.

In crimen nec nos aliquod tentatio dicat.

Exue deq; malis clemens nos omnibus, Amen.

Anglica Saluta TIO.

AVE Maria, Gratia plena,
Dominus tecum : Benedi
cta tu in mulieribus. Et be
nedictus fructus uentris tui,
Iesus Christus. Amen.

A VE MARIA.



Genesis 3

Vicunq; fuerunt a se
culo Patres & Prophe
tae, te o Maria a longe
salutantes, nasci deside
rauerunt. Tu enim es
illa mulier, quam Deus primis nos
tris parentibus, in miserrimam dia
bolicam captiuitatem redactis, & mor
tis sententia obnoxiijs, quãdoq; ori
tura m

turam repromisit, ad serpentem dis-
cens: Inimicitias ponam inter te &
inter mulierem, & semen tuum & se-
men mulieris. Tu illa uirgo de qua
præcinuit Isaias: Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabitur no-
men eius Emanuel. Tu illa subtilis
& nitida uirgula, de qua idem Pro-
pheta uaticinatus est, q̄ germinaret
florem, cui incumberet Spiritus san-
ctus, dicens: Egredietur uirga de ra-
dice Iesse, & flos de radice eius ascē-
det, & requiescet super illum spiritus
Domini. Tu illa mirabilis foemina,
de qua alius Propheta Hieremias, p̄-
phetauit, dicens: Quia creauit Do-
minus nouum super terram, foemi-
na circumdabit uirum, nempe eum,
qui castissimis uisceribus tuis conce-
ptus, statim perfectus in te fuit Deus
& homo. Tu illa Orientalis porta,

*Isaia 7**Isaia. 11**Vide Am-
brof: ser.*

36

Hiere. 31

41 IN SALVTATIONEM

Ezech. 44 ad Orientem respiciens, de qua Dominus apud Ezechielē testatus est, quod porta hæc clausa erit, & non aperietur, & uir nō transibit per eam, eritque clausa Principi. Tu deniq; illa, e qua (ut Daniel uir desideriorū in spiritu uidit) præcisus est lapis sine manibus, qui factus est mons magnus, & impleuit totam terram.

Daniel. 2 Et quis suffecerit enumerare, quoties tu in Mose & Prophetis dulcissimis figuris adūbrata, & suauissime salutata sis? Imo quid Patres memoremus, quando Deus ipse, misso archangelo suo Gabriele, inaudita hætenus salutationis forma, saluere te iussit, & quando archangelus quod iussus erat reuerentissime adimpleuit? Quando quoq; cognata tua Elizabeth, repleta Spiritu sancto, indignam etiā se, quæ te p̄sentē saluaret

Luce. 1

Luce. 1

agnouit: Quo magis nos misellos in
humillimæ & honorificentissimæ sa-
lutatiōis uocē pio affectu prūpe par
ē, q̄bus habitātib⁹ in tenebris & um-
bra mortis, ex te ortus ē sol iustitiæ,
Chrūs Deus noster, q̄ soluēs maledi-
ctiōnē, dedit bñdictiōnē, & cōfūdēs
mortē, donauit nob̄ uitā sēpiternā.

Esaiæ 9
Matth. 4
Malac. 4

A V E igitur, gaude & lætare, & di-
gnare nos laudare & magnificare te
uirgo sacrata, q̄ tuo partu gaudiū in-
tulisti uniuerso mūdo: ubi genitura
nostra ex Eua, ærūnis, tristitia & do-
lore ē plena, Aue (in q̄) O MARIA,
Dñā nostra, quā Dñam uocari, tui
germinis, Dominatoris om̄is terræ,
fecit & impetrauit autoritas.

Genesis 9

Maria
Chaldai-
ce, dñā la
tine,

GRATIA PLENA.

Merito te noua formula cū angelo
salutam⁹ q̄ nusq̄ ante lecta ē, nūq̄ añ
cōpta. Soli tibi hac salutatio serua-

Ambros.
ini. caput
Lucæ.

batur. Bñ

Iohan. x

Bene enim sola gratia plena diceris, quæ sola gratiam, quam nulla alia meruit, cōsecuta es, ut gratiæ replereris Autore. Filius tuus solus gratia plenus est (ut omnis gratiæ fons) de cuius plenitudine omnes accipiunt. Tu sola gratia plena inter omnia uasa gratiæ, quibus ille gratiã suam influendo cōmunicat. Nam

Hiero. in
sermon.
de assum-
ptione.
Psalm. 70
Chrysol.
serm. 141

quæ alijs singulis præstatur p partes, hæc simultibi se totam infudit gratiæ plenitudo. Sicut enim pluuia in uellus descendit, sic cœlestis imber uirginium in uellus, omnes carnis nesciens passiones, placido se fudit il lapsu, & tota diuinitatis unda, bibulo se nostræ carnis celauit in uellere, donec per patibulum crucis expressum, terris omnibus pluuiam salutis effunderet. Tu itaq; gratia plena, in qua ut in templo & arca requi-
euit

eruit gloria Domini. Tu plena fide
& charismatib⁹ Spiritu sancti: quã
semper excipimus cum de peccatis
agitur. Præ cæteris enim tibi (quæ
concipere & parere meruisti, quem
nullum constat uel sensum uel affe-
ctum habuisse peccati) tanta uis gra-
tiæ collata est, ut omni ex parte pec-
catũ uinceret, quod omnes aliĩ san-
cti se habere deplorant. Tu igitur
plurimum a cæteris differens, natu-
ra cõmunicabas, non culpa.

Augusti:
de natura
& gratia
c. 36

Cipriano
de ieiunio
& tentati-
one Chri
3. Reg. 5
1. Ioh. 5

DOMINVS TECVM.

En desideratissima Virgo, tecum
est Dominus, qui ad te angelum
suum miserat. Præcessit ergo nun-
cium suum Deus: & qui ad te mittit
angelum suũ, apud te ab angelo in-
uenitur. Fuit quidem Dominus cũ
Abraham, Isaac, Iacob, Mose, Iosua
David, pijsq; omnibus, & salutatus

Chrysol.
serm. 133

Iudicij, 47 est ab angelo Gedeon, eadem uerborum formula: sed aliter tecum quam cum illis. Gedeon elegit Dominus, & fecit saluatorem Israelis de manu Madiã: At tu non Israeli tantum, sed toti mundo edidisti Saluatorem, qui ex potestate Sathanæ omne genus eripuit mortalium. Hunc tu uirginali tuo utero complexa, cælo maior facta es, orbe latior. Nam Deum, quem mundus non capit, sola cepisti. **DOMINVS TECVM.** cuius spiritus superuenit in te, cuius uirtus obumbravit tibi. Dominus tecum. non gratia tantum, sed & natura, qui in tua se clausit uiscera,

Collof. 1
Chrysol.
serm. 143

3. Reg. 8
Psal. 138

Factus Homo.

**BENEDICTA TV IN
MVLIERIBVS.**

Leguntur quidem (o Domina) &
alij

alitz foeminae quibus hoc laudis en-
comion in scripturis tributum est,
sed ualde impari (si ad te cōferatur)
ratione, imo quibus illud hoc potius
us tributum est, quod tui typus fue-
runt. Delbora & Barach collaudan- *Judith. 9*
tes Iahel, sic alloquuntur: Benedicta
inter mulieres Iahel. Et summus sa-
cerdos Ioachim, cum uniuersis pres-
byteris suis, Iudith, in hunc modū: *Judith. 19*
Benedicta tu filia a Domino. tu glo-
ria Hierusalē, tu lætitia Israel, tu ho-
norificentia populi nostri, quia feci-
sti uiriliter, & confortatum est cor
tuum, eo quod castitatem amaue-
ris, & post uirum tuum alterum ne-
scieris, ideo & manus Domini con-
fortauit te, & ideo eris benedicta in
æternum. Iste ergo benedictæ præ-
dicantur.

Illa quidē quod Sisaram, hæc q̄ Ho-
lofernem, homines, populi Dei hos-
tes, occiderint. Sed quanto iustius
est nos te benedictam inter & super
omnes mulieres prædicare, quæ nõ
contra huiusmodi aliquem tyran-
num, sed cõtra serpentem antiquũ,
qui totum orbem decepit, uiriliter
dimicasti, & semen benedictum pe-
tulisti, quod caput illiº cõtriuuit.

Tu igitur potius gloria Hierusalẽ
diceris: non terrenæ quidem illius,
sed cœlestis. Tu lætitia & dulcedo
non carnalis, sed spiritualis Israelis,
Tu honorificentia, non populi tan-
tum Iudaici, sed Ecclesiæ Dei, toto
terrarũ orbe diffusæ: Quia uidelicet
uiriliter fecisti, eo quod castitatem
amaueris, & uirũ (sicut ipsa dixisti)
nunquam cognoueris: Virgo enim
ante partum, uirgo in partu, & uir-

go post partum inuiolata permansi
sti. hoc munus gloriosum tu prima
inter omnes foeminas Deo obtulisti.
Et manus Domini confortauit
te, ut lapsum infidelis Eux, tu uir-
go fidelis tuo ministerio iſtaurares.
Sicut enim illa seducta est ut effuge-
ret Deum, sic tu suasa es ut obediens
Deo: ut tu malae seductae uirginis
Eux, uirgo Maria fieres aduocata.
Et quemadmodum astrictum est mor-
ti genus humanum per uirginem, ita
solueretur per uirginem, & qua lan-
ce disposita uirginalis inobediētia,
per uirginalem obedientiam. Sicut
illa habens uirum, inobediēs, & sibi &
uniuerso generi humano causa facta
est mortis: sicut tu habens praedes-
tinatum uirum, uirgo tamen manens
obediens, & tibi & uniuerso generi
humano causa fuisti salutis. Inobedi-

D dientia

Exech. 44
Ambrosi.
Gregori.

Marię ad
Euā cella-
tio.

Irenę li.
1. contra
hæreses.

Maria ad-
uocata fi-
liorū Eug.

Iren. li. 1.
cōtra hæ-
reses, c. 33

Matth. 23
Lucę. 11

40 IN SALVTATIONE M

dientia Eux per tuam obedientiam
 exclusa est, ad erigendum iacentiū
 genus, quod p mulieris temerariam
 credulitatem fuerat ante deiectum.
 Benedicta tu in mulieribus. Quia
 in quibus Eua maledicta puniebat
 uiscera, nunc in illis gaudet, hono-
 ratur, suscipitur Maria benedicta.
 Beata ergo quæ credidisti, quoni-
 am in te perfecta sunt omnia quæ di-
 cta sunt tibi a Dño. Et uere benedi-
 cta filia tu a Dño (ut canit Ecclesia)
 quoniam per te fructum uitæ com-
 municauimus. Vnde quoq; merito
 beatam te dicunt & dicent, quam diu
 stabit orbis, omnes generationes, (ut
 tu ipsa cecinisti) quia fecit tibi magna
 qui potens est.

ET BENEDICTVS FR V
 ctus uentris tui, Iesus Christus.

Sic uerbis angeli subintulit Eliza-
 beth

Orige. in
 hom. sup
 illud, Cū
 eet despō
 fata.
 Chrysol.
 serm. 140

Luce. I

beth cognata tua. Et nos cum illa te benedictam quidem inter mulieres, sed in primis benedictum proclamamus fructum uentris tui, Iesum Christum. Tu benedicta participatione exuberantis gratiae: at ille benedictus non participatione, sed ut autor gratiae, & fons omnis benedictionis, quae est super omnia Deus benedictus in secula. Tibi benedicimus congratulando, illum benedicimus adorando. Tu templum sanctum Dei, omni laude dignissima: ille Deus, sanctus sanctorum, adorandus per secula.

Luce. 2

Roma. 9

Hiero. in cap. 1. ad Ephes.

Per hunc fructum uentris tui facta es stupendo miraculo Dei genitrix, facta es nobis uera Eua, hoc est, uita seu mater uiuentium per gratiam, quam illa prius Eua (quae uocata est uita) mater exitit morientium per naturam. Per hunc fructum regia facta es castitatis & matris.

Maria cur & quomodo dicatur Vita.

Chrysol. serm. 146 & 141.

Regina matris.

Dij Per Spes.

IN SALVATIONEM

Aug. ser.
s. de An-
nūcia. dñi
ad finē. &
lib. medit.
cap. 15. 16
Damas. i
ὠκεία καὶ
carmini-
bus.

Act. 10

Iohan. 1

Vide Au-
guſt. lib. 8
q̄ſtionū ſu
p̄ Exodū,
q̄ſtiōe 149
& li medi-
tat. c. 35 &
36.

Per hunc facta es nobis p̄xima poſt
Deū Spes: Nō cui ſalutis noſtræ me-
ritū aſcribamus, nam hic eſt fili⁹ tu⁹
Ieſus, ſicut abs te (monente archāge-
lo) appellatus eſt, q̄ ipſe ſolus ſua uir-
tute & merito, ſaluū facit pp̄lm ſuū
a p̄ctis eorū. Vocatus Chriſtus, quia
unxit illū Deus Spiritu ſancto, oleo
lætitiæ & exultationis p̄ participib⁹
ſuis. De cuius plenitudine, & tu grā-
tiæ exuberantiā, & reliq̄ oēs ſcti, ſin-
guli, p̄ ſuo modulo & fidei mēſura,
receperūt. Sed te Spem noſtrā ideo
uocamus, q̄ qui cōſcientia p̄cti terre-
mur, & p̄ noſipſos ne exaudiamur,
ob mala merita, ualde timemus, p̄
tuā itereceſſionē ueniā delictorū no-
ſtroꝝ apud Deū obtinere ſperem⁹,
& cōfidamus nos p̄ te, tuiſq; p̄cibus
& meritis, releuari poſſe apud filiū
tuū, q̄ te ut electā p̄ oībus matrē, p̄z
omni-

ANGELICAM.

om̄ibus diligit, fructus uentris tui,
IESVS CHRISTVS. AMEN.

EX MISSA CHRYS.

Sostomi, Appendix.

VT uere dignum & iustum est
glorificare te Deiparā & sp̄ bea-
tissimā & penitus incōtaminatā ma-
trem Deī nostri, honoratiorē Cheru-
bin, & glōsiorē incōparabiliter Sera-
phin, q̄ citra corruptionē Deū pepi-
sti, uere Deiparam te magnificamus.
Igitur Ave Maria, gratia plena, Dñs
tecum. Bñdicta tu in mulieribus. Et
bñdictus fructus uentris tui. Quo-
niā saluatorē aīar nostrarū pepisti, q̄
est benedictus in secula. AMEN.

Angelica Salutatio cōprehensa versibus:

Te cœlestis Ave repleuit gratia Virgo,

Est tecum Dominus, benedicta super mulieres.

Atque tui uentris fructus benedictus Iesus

Christus, qui nobis suis muneris conferat, Amen.

D iij Decem

Decem Præcep-

PTA DEI, IN VE-
teri Testamento in duabus tabulis la-
pideis per Moysen data, & in
Nouo Testamento expli-
cata, & ad perfec-
tionem ad-
ducta.

PRIMAE TABVLAE Præcepta.



GO SVM Domi-
nus Deus tuus.

Non habebis deos
alienos coram me.

Non facies tibi sculptile, ut adores
illud.

2 Non assumes nomen Domini
Dei tui in uanum.

3 Memento ut diem Sabbathi
sanctifices.

Secūda Tabulae PRAECEPTA.

- H**ONORA patrem & matrem tuā, 4
ut sis longeuus super terram.
- 5 Non occides.
- 6 Non mœchaberis.
- 7 Non furtum facies.
- 8 Non loqueris contra proximū
tuum falsum testimonium.
- 9 Non concupisces uxorem pro-
ximi tui.
- 10 Non domum, nō agrum, nō
seruum, non ancillam, non bouem,
non asinum, & uniuersa quæ illius
sunt.

D iij Itā